ſuſq; oēs ſcripturarū dilaniatores,opera noſtra bona nō tm̄ eſſe a deo ꝓcepta,vt placeāt ei, ſed neceſſaria eſſe,tum maxime ad hominis iuſtificationē,ex quibus inſuper luci de clarēt duo illa correllaria q̄ ex cōcluſione ſequūtur,ꝛ ex cōſequenti,patet ſecunda pars noſtrę cōcluſionis manifeſtiſſime cū reſpōſionibus quinq; ad obiectiones quare ꝛc.

Author hic perpulchre ꝓpoſitū cōcludit.

¶ Autoritates ſimul ꝛ rationes pro tertia parte cōcluſionis.

Tertia pars concluſionis eſt quod quilibet viator (diuina protegente gratia) etiam cōdigne ꝛ ex debito iuſtitię mereretur vitę ęternę mercedem, q̄ quidem pars prius veteris teſtamenti, deinde noue legis teſtimonijs demonſtrabitur.

Gen.15. ¶ Primo.n.ait dominus oſtendere lucide cupiens ſe paratiſſimū eſſe ad p̄miandū bonorū opera dixit ad Abraham, noli timere, ego ero merces tua magna nimis, Hieremię quoq;,quieſcat vox tua a ploratu,ꝛ occuli tui a lachrimis,quia eſt merces operi tuo ait dn̄s,cui cōcordat illud quod ait Eſaias, Ecce dominus deus in fortitudine veniet, ꝛ brachium eius dominabitur,ecce merces eius cum eo,ꝛ opus illius coram illo ꝛc.

Hiere.31.

Eſaię

Pſal.18. ¶ Preterea regalis Propheta Dauid,cupiens ex ſuis operibus p̄miari dixit. Obſeruabo me ab iniq tate mea ꝛ reddet mihi dominus ſecūdum iuſtitiā meam,ꝛ alibi,inclina cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem ꝛc.

Pſal.118.

¶ Amplius ſapientiſſimus Salomon in prouerbijs hoc idem aſſerit dicens. Impius facit opus inſtabile ſeminanti autem iuſtitiam,merces fidelis ꝛ ille idē in ſapiētię libro,bonorū operū glorioſus ē fructus,ꝛ infra,iuſti in ꝑpetuū viuent,ꝛ apud dn̄m

Prouer.11.

Sapien.3.

Sapien.5.

eſt merces eorum, et adhuc infra ſubdit, reddet deus iuſtis mercedē laborū ſuorū, Ecce qualiter ſapientiſſimus ille Salomon ſapiētiſſime docet, mercedē cōmēſurari opib. bonis, igitᵉ bō ex bonis opibus diuina ꝓtegēte gr̃a mereᵉ ęternorū bonorū mercedē. Sap. 10.

¶ Rurſus ille idē in eccleſiaſtico itidē fateᵉ dicēs, qui timetis deū credite illi, et nō euacuabitᵉ merces veſtra, cui nimirū fauet illō qō alibi clarius ſubdit, miſericordia faciet locū vnicuiqꝫ, ſm meritū operū ſuorū, nihil. n. apertius loqui poterat ſapiens ille. Eccle. 2. Eccle. 16.

¶ Proinde prophetā Ruth nō latuit mercedes ꝓ opibus dari cū dixit, reddet tibi dñs pro opere tuo, et plenā mercedē accipies a dño deo Iſrael, ad quē veniſti, et demū Azarias dixit ad oēm Iudā et Beniamin, dñs vobiſcū qꝛ fuiſtis cū eo, ſi q̃ſieritis eū, inuenietis. Si aūt dereliqͥritis eū, dereliqͥt vos, ex qbus verbis, inuit maximā hominis libertatem, deinde ſubdit, confortamini igitur, et nō diſſoluantᵉ manus veſtre, erit. n. merces operi veſtro. Ruth. 2. 2. Para. 15.

¶ Poſt vero veteris teſtimonia legis, ſequunᵉ alia noui teſtamenti, vt intelligatur idem ſpiritus eſſe hiſtoriarum vtriuſqꝫ legis. Subdit. n. dominus in euāgelio Matthei enumeratis octo beatitudinib. Gaudete et exultate ecce enim merces veſtra copioſa eſt in celis, Merces nāqꝫ dicitur alicuius meriti precedentis merces. Sunt enim correlatiua, et ideo ſimul natura, quare poſita ſe ponūt, et perempta ſe perimunt, dicuntur quoqꝫ ad conuertentiam, hoc eſt mutuo ſe inferunt in bonam conſequentiam, nā poſito premio ponitur et meritū et contra. Hec eſt enim conſequentia formalis. Iſte premiatur, igitur tale meruit premium, Ideo ſi per falſam hereticoꝝ opinionem nullum datur meritum, nullū inſuper Matth. 5. Pulchra rō

dabitur p̄miū, merces nēpe p̄ſupponit meritum, ſi cut pater filiū, ⁊ filius patrē. Aliter meritū ⁊ p̄miū nō eēnt correlatiua, qđ v̄itati diſſonat, ideo ſi deus operātibus bona, mercedē ꝓmittit ęternā, ſequit̄ illos ex bonis opibus talē mereri mercedē, cui etiā arridet illud qđ paulo poſt ſequit̄ dñs dicēs. Attē

Matth. 6. dite ne iuſtitiā veſtram faciatis corā hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem nō habebitis apud patrē veſtrū, q eſt in cęlis, igit̄ p oppoſitū ⁊c.

¶ Et infra, quicūq; potū dederit vni ex minimis

Matth. 10. iſtis calicē aquę frigidę, nō perdet mercedē ſuam, ⁊ rurſus in eodē Euāgelio infra clamat ꝓcuratori ſuo dicēs, voca oparios ⁊ redde illis mercedem, eo

Matth. 20. qđ paulo āte dixerat, ⁊ qđ iuſtū fuerit dabo vobis.

¶ Preterea, idem cōcludens in Euāgelio Joānis

Joan. c. 5. Saluator noſter inquit, Procedent qui bona feceꝛ runt in reſurrectionē vitę, qui vero mala in reſurre ctionē iudicij, ex quibus xp̄i verbis aptiſſimę cōclu ditur, opera noſtra bona, nō tantū hominē iuſtificꝛ care, verū etiā eſſe ęternę glorię meritoria. cū per il la valeat vnuſquiſq; mereri ęterna p̄mia p̄optata, qđ tandē in extremo iudicio oſtendet idem dñs cō memorans opa miſericordię, quibus iuſti ſaluabū tur. dicens, eſuriui ⁊ dediſtis mihi māducare, ſitiui

Matth. 25. ⁊ dediſtis mihi bibere ⁊c. Inde ſubdit, venite bene dicti patris mei pcipite regnū qđ vobis paratū eſt ab origine mundi, Mali aūt qui huiuſmodi miſeri cordię opera neglexerunt damnabūtur.

¶ Proinde Apl's Pau. i. 2. epl'a ad Corint. illud

2. corint. 3. idē atteſtat̄ dicēs. Unuſquiſq; mercedē accipiet

2. corint. 4. ſecūdum ſuū laborē, ⁊ paulo poſt, id qđ in p̄ſenti ē momētaneū ⁊ leue tribulationis noſtrę, ſupra mo dū in ſublimitate ęternū glorię pōdus opat̄ in noꝛ

bis cui ꝯcordat illud qđ ad Coloſſ. ait. Quodcūqꝫ
facitis, ex aīo opamini, ſicut dño ⁊ nō hominibus, Coloſſ. 3.
ſciētes qđ a dño accipietis retributionē hereditatis
¶ Amplius ad Phili. Mihi viuere xp̄s eſt, ⁊ mori
lucrū, Omne.n.lucrū eſt alicuius meriti p̄miū igi= Phili. 1.
tur, ⁊ infra, cū metu ⁊ tremore veſtrā ſalutē opera= Phil. 20.
mini ⁊c. Rurſus aūt ad Hebreos ingt, Non eſt in
iuſtus deus vt obliuiſcat operis veſtri, ⁊ laboris ex Hebreoꝝ. 5
charitate ſuſcepti. Itē adhuc infra, beneficētie ⁊ co
munionis nolite obliuiſci. Talibus.n.hoſtijs pro
meretur deus ⁊c,
¶ Deniqꝫ Ioānes in prima canonica inquit, filio=
li nemo vos ſeducat, qui.n.facit iuſtitiā iuſtus ē, ſi 1. Ioan. 3.
cut ⁊ ille iuſtus eſt, ſi ideo q facit iuſtitiā eſt iuſtus.
ſicut ⁊ ille iuſtus eſt, ergo pro iuſtitia a iuſto iudi=
ce iuſte p̄miabit ⁊c. In ſecūda vero canonica iterū
ait, videte vos metipſos, ne perdatis q̄ operati eſtis, 2. Ioan. 1.
ſed vt mercedē plenā accipiatis. At dñs tandē in
Apoc. tertiā hāc noſtre cōcluſionis partē lucidiſſi Apoc. 22.
me concludit dicens. Ecce venio cito, ⁊ merces mea
mecū eſt reddere vnicuiqꝫ ſecūdū opera ſua.
¶ Si igitur tantum vnum, vel duo, aut tria ſcri=
pturarum teſtimonia aduerſus hereticos ſuffice=
rent, quanto magis tot ⁊ tante diuinarum litera=
rum autoritates, ⁊ apertiſſima teſtimonia propo=
ſitum noſtrum cōcludere valebūt, Habetis igitur
heretici diſtinctas rationes ⁊ autoritates, pro trib. Omniū di=
concluſionis noſtre diſtinctis partibus, aliquib.n. ctorū epilo
oſtenſum eſt, opa noſtra neceſſaria eſſe ad hominis gatio.
ſalutē, alijs aūt illa hominē reddere iuſtū, qbuſdā
vero alijs expreſſe demōſtratū eſt, quēlibet viatorē
in gratia exiſtentē, ex opibus bonis, mereri etiā vi=
te eterne mercedē. Modo aūt ſupereſt ꝓbare ipm

talem ęternā mercedem mereri de cōdigno, ⁊ ex debito iuſtitię qđ ſic oſtenditur.

Sapien. 3. ¶ Primo.n. Salomon loquēs de vexatis ⁊ tētatis adeo inquit Tentauit eos deus, ⁊ inuenit illos

Coloſſ. 1. dignos ſe. Itē Pau. ad Coloſſ. Dignos nos fecit ī partē ſortis ſanctorum ⁊c.

Luc. 10. ¶ Pręterea in Euāgelio Luc. ⁊ ad Timo. ſcribit,

1. Thim. 5. Dignus eſt operarius mercede ſua.

¶ Proinde Apls de ſe loquens ait, bonū certamen

2. Thim. 4 certaui, curſum cōſumaui, fidē ſeruaui, ideo repoſita eſt mihi corona iuſtitię quaз reddet mihi dñs in illa die iuſtus iudex; ſi reddet iuſtus iudex, ergo ſm debitū iuſtitię qđ eſt p̄miare cōdigne, ⁊ ſi repoſita eſt Paulo corona iuſtitię, igit̃ de cōdigno ⁊ ex debito iuſtitię p̄miabit̃, qđ erat ꝓpoſitū probandū, quare concludendū eſt qđ ſi homo ex opibus bonis in gratia operatis, meret̃ de cōdigno, ⁊ ex debito iuſtitię, vitę ęternę mercedē, quod etiā opera bona ſaluant, ⁊ vltra igit̃ iuſtificant, plus.n. eſt ſaluare quā iuſtificare teſte ap̄lo. Quos p̄deſtinauit, hos vocauit, quos vocauit, hos iuſtificauit, quos vero iuſtificauit, hos ⁊ magnificauit, iuſtificat̃ quippe homo per grām, magnificat̃ aūt per gloriā, quare plus ē ſaluare quā iuſtificare, ⁊ vltra opera iuſtificāt igit̃ neceſſaria ſunt ad ſalutē, ⁊ ſic a primo ad vltimū, ex tertia parte cōcluſionis, infertur ſecūda, ⁊ ex ſecunda prima igitur ⁊c.

Ro. 8.

¶ Aduerſantur Lutherani.

At cōtra hanc tertiā cōcluſionis parteз inſtant moderniores hęretici multis ſcripturarum autoritatibus.

Ro. 8. ¶ P° ait nēpe Pau. Nō ſunt cōdigne paſſiōes huius tēporis ad futurā gloriā, q̄ reuelabit̃ i nobis.

¶2. Ille idē ſupra dixit gr̄a dei vita ęterna. Ro.6.
¶3. Dñs ait cū feceritis oīa q̄ p̄cepta ſunt vobis di cite ſ̄m inutiles ſumus qđ facere debuimus fecimus. Luc.17.
¶4. Etiā Eſaias ait,quaſi pānus mēſtruate vniuerſe iuſtitię noſtrę. Eſaię.64.
¶5. Apoſtolus inſuper ad Titū loquens ait. Non ex operibus iuſtitię q̄ fecimus nos,ſed ſ̄m ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit. Titi.3.
¶6. Ille idem Paulus ad Romanos ait, quis prior dedit ei vt retribuetur ei ꝛc. Ro.11.
¶Preterea ratione ſic arguūt oē p̄miū meriti de cōdigno reddit̄ ſ̄m iuſtitię debitū ita qđ nō reddēs eſſet iniuſtus ſicut Ro.4. ſcribit̄ ei qui operatur merces nō imputat̄ ſ̄m gr̄am,ſed ſ̄m debitū,Deus aūt nullius pōt eſſe debitor dicēte ap̄lo Ro.11.quis prior dedit ei vt retribuet̄ ei,quaſi dicat,nullus. rō ꝓ lutbe. Ro.4. Ro.11.
¶Item omnis debitor nō reddendo eſt iniuſtus, Deus aūt nō reddēdo nō pōt eſſe iniuſtus, igit̄ nō pōt eſſe debitor,cōſequētia eſt nota cū maiore teſte ap̄lo qui ait,reddite omnib. debita,ꝛ ſequit̄,nemini quicq̄ debeatis Ro.13. Minor probat̄,q꞉ deus pōt p̄miū nō reddere,cū ad extra operet̄ cōtingēter nō tñ pōt eſſe iniuſtus cū volūtas ſua ſit eſſentialiter iuſta ꝛ prima regula totius iuſtitię, vnde qcqđ pōt,aut vult,iuſte pōt ꝛ iuſte vult,ꝛ per cōſequens nullius debitor eſſe poteſt quare ꝛc. 2. Ratio. Ro.13.

¶Reſpōſiones catholicorū.

AD illas autoritates ꝛ ad quaſcūqꝫ alias ad idē ſonātes dupliciter reſpondendum eſt.
¶Primo qđ procedūt de noſtris operibus cōſideratis in ſe ſ̄m intrinſecā ꝛ naturalē eorūdē bonitatem quā habent ex volūtate eliciēte cōformiter recte rationi,nō ſ̄m dignitatē,quā habent ex gr̄a coope‑ Reſpōſio prima.

rante, ⁊ libera dei acceptatione qua ea vt digna ordinat ⁊ acceptat ad tale p̄miū, nā oēs Christi fideles ignorare nō debent, omnia opera noſtra in ſe, ⁊ in ordine ad noſtrā voluntatē cōſiderata (quomodo proprie dicūt opera noſtra. Quia ſic cōſiderata ſunt in poteſtate noſtra etiā nō excludēdo generalem dei influentiā) ſic itaq̧ cōſiderata p̄ciſe ſunt indigna tanto p̄mio imo imperfecta ⁊ defectibus plena, Secus ſi cōſiderant̄ vt ſunt a ſpū.s. mouēte ⁊ inhabitante, ac a grā cooperāte, necnō a dei volūtate ipſa vt digna acceptante, ſic.n. digna ſunt tali p̄mio

Heſter.6. benefico iuxta illud Heſter. Hoc honore dignus ē quencūq̧ Rex voluerit honorare, in p̄mio nāq̧ eſt cōſiderare beatitudinē formalē dei .ſ. fruitionem ⁊ beatitudinē obiectiuā q̄ eſt trinitas benedicta ſm

Gen.15. illud Gen. Noli timere Abrahā ego protector tuus, ⁊ merces tua magna nimis. verba ſunt dei ad Abraham, ⁊ diuina ordinatio ſeu voluntas qua vult ſic

Apoc.7. operantē, tali p̄mio vel mercede p̄miari, iuxta illud Apoc. vltimo.

Apoc. vlti. ¶ Merces mea mecū eſt, hoc eſt in mea poteſtate ⁊ volūtate reddere vnicuiq̧ ſm opa ſua. His ēt inuenitur aliquid proportionale in actu meritorio, nam ibi ē ſpūs.s. inhabitans per gratiā, tanq̄ primum mouēs, qui proportionat̄ vltimo fini trinitati deo, q̄ eſt beatitudo obiectiua. Ibi ēt reperit̄ grā gratū faciens ſupnaturalis a deo infuſa tāq̄ ſemen glorię q: quēadmodū ſemen arboris virtute cōtinet totā arborē, ita ⁊ grā virtute cōtinet p̄mia eo modo etiā quo p̄miū eſt infinitū, ⁊ grā eſt īfinita, nā charitas eſt grā q̄ ſm Apoſtolū nūq̄ excidit, gloria autē eſt gratia conſumata.

¶ Et licet per hanc primā reſponſionē ſufficiētiſſime

fine demõſtret qualiter intelligi debeant ꝑallegate autoritates. Nihilominus ẽt aliter a nobis reſpondẽdũ venit. Pro cuius praue obiectiõis reſpõſione notãdũ ẽ,qđ meritũ ꝯdignũ alicui⁹ ꝑmij (qđ vere ⁊ ꝓprie dicit meritũ) eſt opus a volũtate elicitũ ad ꝑmiũ alicui ſm debitũ iuſtitię retribuendũ acceptatũ, Cõſiſtit aũt iuſtitia illa in q̃dam proportiõe meriti ad ꝑmiũ ⁊ ęqualitate, Iuſtitia nẽpe ſtricte capta,ſicut nõ reddit minus bonuz pro maiori,ita nec maius bonũ pro minori. Requirit itaq3 ad meritũ condignũ,ꝓportio equalitatis meriti ad ꝑmiũ, Hęc aũt equalitas attẽditur penes duo, vel ex nã ⁊ cõditione intrinſeca meriti ad ꝑmiũ. Ita qđ non ſit maius meritũ,neq3 minus,quã ꝑmiũ,⁊ contra, ſed omnino ſit equalitas meriti ⁊ ꝑmij,vt hęc ęqualitas attendit ex ordinatione,vel pacto,aut cõuentione,ſeu ꝓmiſſione ꝑmiantis,exemplũ primi,quãdo merces cõmenſurat vtilitati.quę ꝑmians cõſequtur ex actu ⁊ operatione merẽtis,vt ſi aliquis laboraret per totã diem vel ebdomadã, aut menſem alicui,⁊ tantũ eſſet ꝑmiũ dantis,ſicut fuit opus ⁊ meritũ laborãtis,tũc illa iuſtitia appellatur equalitas meriti ad ꝑmiũ,ex natura ⁊ ꝯditiõe intrinſeca operis ⁊ ꝑmij. Ita qđ nõ dat ei neq3 plus,neq3 minus, ſed tantũ quãtum meruit. Exẽplum ſecũdi. Si.n. aliquis dñs cõueniret cũ aliquo homine, vt fidelit tantũmodo ꝑ vnũ diem, aut ebdomadã laboraret in vineã ſuã,⁊ ex liberalitate ſua promitteret ei ducentos aureos,pro huiuſmodi labore,tunc conuentione facta,pacto ⁊ inſtrumẽto, ſi homo ille fidelit laborauit,de cõdigno ipſe meret ducentos aureos, non ꝑꝑ equalitatẽ operis ad ꝑmiũ,ex natura ⁊ conditione intrinſeca,ipſius meriti ⁊ ꝑmij,q2 maius ẽ

Primũ notabile.

Quid ſit meritũ cõdignuz alicui ꝑmio.

Duplex eſt iuſtitie.

p̄miū q̄ opus, meret̄ aūt bō ille ducētos aureos ex ↄuentione, ꝛ ꝓmiſſione illius dn̄i ꝓmittētis ꝛ libe-

Matth. 20. raliter dātis, ſicut dicit̄ i euāgelica parabola Matt. qn̄ pr̄ familias ordinauit diſpenſatori ſuo, vt tantū daret nouiſſimis ſicut primis, ꝛ q̄ primi ſe cōtriſtarūt, eo qd̄ portauerūt pondus diei, ꝛ eſtus, ꝛ tantū daret eis ſicut nouiſſimis, qui tm̄modo vna hora laborauerūt. Reſpōdit paterfamilias vni eoꝝ dicēs Amice nō facio tibi iniuriā, nōne ex denario cōuenisti mecū? Tolle qd̄ tuū eſt ꝛ vade. Hec aūt ſentētia, ꝛ equalitas iuſtitię nō fundat̄ ex natura ꝛ cōditione intrinſeca operis ꝛ p̄mij, q̄ abſq; vlla animi ambiguitate maius eſt p̄miū q̄ meritū, at huiuſmodi xp̄i ſentētia ꝛ iuſtitia ſeruata fundat̄ in cōuentio-

Secundum notabile. ne vel ꝓmiſſione ſeu pacto, ꝛ re. Sed adhuc ſciēdū eſt, qd̄ ſiue iuſtitia ſeu equalitas iuſtitię attēdat̄ ex nā ꝛ cōditione intrinſeca op̄is, ſiue ex ordinatione ꝛ ↄuentione, aut promiſſione p̄miantis, ad hoc qd̄ aliqd̄ meritū vel opus dicat̄ cōdignū alicui p̄mio ꝛ

Cōditiōes meriti condigni f̄m theologos. cōtra. Tria neceſſario reqrūtur .ſ. opās, opus, ꝛ p̄miās, in operāte reqrit̄, qd̄ ipſe ſit amicus, inimicus.n. nō eſt dignus p̄mio ſed pęna. Quare peccator nihil meret̄ apud deū de cōdigno, q̄ nō eſt ami-

Sapi. 4. Sap. 14. cus ſed inimicus dei, vt ait Salomon. Fructus impiorū inutiles, ꝛ infra. Odio ſunt deo impius ꝛ impietas ei⁹, qd̄ expſſe pȝ ī iſtis dn̄is tēporalib̄. Si.n. eſſet aliqs inimicus alicuius principis, ēt ſi quotidie laboraret, ꝑ eo nihil mereret̄, imo nec op⁹ ei⁹ acceptat̄ ab illo, ita ē de peccatore inimico deo, cuius nullū opus acceptat̄ ad vitā ęternā. In ope aūt reqrit̄, qd̄ illud opus opantis ſit ordinabile ad vtilitatē vel honorē p̄miātis, iō opus exiſtētis in gr̄a non ordinatū finalit̄ in deū, nō eſt meritoriū ↄdigne, ſi

cut ſunt multa opa nālia, ⁊ actus indifferētes, q̄ nō ſunt neq; boni, neq; mali, exēplū pͥmi, vt pura intellectio, vel ſolē lucere, ⁊ ſimilia, exēplū .2. vt fricatio capitis, vel barbę. Neceſſe ē. n. vt opus operātis meritoriū libere ⁊ volūtarię pducat a volūtate, ⁊ dirigat in vltimū finē. In pmiāte vero reqrit accepta tio, ſiue ordinatio opis eliciti ad tale pmiū, eſt autē hęc acceptatio ⁊ ordinatio ī propoſito, nihil aliud niſi diuina volūtas, q̄ ab ęterno voluit opus illud a tali ⁊ talib. principijs elicitū eſſe meritū cōdignuȝ pmio ęterno. Nā ſi deus ex ſua infinita bonitate ⁊ liberalitate vult aliqđ bonum nrę liberę volūtatis opus eſſe ęternę vitę meritoriū, cur Lutherani audēt huic diuinę volūtati ita nequit aduerſari? Ex qbus ſequit, qđ non reqrit ad pmiū de cōdigno, q̄ ſemp actus meriti, ſm intrinſecā ſuā bonitateȝ ſit cōdignuȝ, ſeu ꝓportionatus tali pmio. Alioqn nullū opus bonū nrę volūtatis eēt ęterno cōdignum pmio, qđ ꝯfirmāt Lutherani, ſed eiꝰ oppoſitū oſtēdit xp̄s in euāgelio Matthei, ⁊ in alijs ſupra autho ritatib. allegatis. Sed illa condignitas attēdit in ꝓpoſito, ex diuina acceptatōe. Ab ęterno. n. voluit deus opa illa exiſtētis in gr̄a, eſſe cōdigna, ęterno pmio. Uñ ſeqtur, qđ bō iuſtus nō meret illuminationē ſolis, qꝛ ęque deus ſolē ſuū oriri facit ſup bonos, ⁊ malos, ⁊ pluit ſup iuſtos ⁊ iniuſtos. Iſtis g̃ ſic declaratis, ſeqtur veritas nrę cōcluſionis, videlicet, qđ glibet viator adultus exiſtēs in gr̄a, p opera bona a volūtate ſimul, ⁊ a gr̄a elicita, de cōdigno, ⁊ ex debito iuſtitię meret ęternę beatitudinis pmiū, dico ex cōdigno, nō ex equalitate, ⁊ natura, ſeu conditione intrinſeca operis ⁊ premij, ſed ex pacto, ordinatione, ⁊ ꝯuentione, ſeu promiſſione premiātis,

1. Correla.

2. Correla.

Ex dictis infertur propoſitū.

Chriſtus.n.cõuenit nobiſ, fecit pactũ, qñ.ſ. dedit legem, ⁊ promiſit quibuſcũq; obſeruãtibus eã dare eis pmiũ vitę ęternę, ⁊ ſic nos obſeruãtes legẽ, mereremur de cõdigno vitã ęternã ex pmiſſione, ⁊ conuentione facta, vt elicitur ex illo euãgelio, Exijt pri

Matth.20. mo mane pater familias cõducere opari os ĩ vineã ſuã, iuſtũ aũt ⁊ debitũ ẽ vt pacta, ac pmiſſa fuerit, ideo ⁊c. ⁊ ita oẽs autoritates a nobis allegatę, q̃ ſonãt, qđ nos digna meremur, intelligunt iſto modo, ex iſtis etiã dictis ſequit hec cõcluſio correllatiua.

Concluſio correllatiua. Nullus viator ẽt exiſtẽs in gr̃a, p opa bona meret vitę eternę mercedẽ de cõdigno, ⁊ ex dbito iuſtitię Dico de cõdigno, nõ ex cõuentione, aut pmiſſione pmiantiſ, ſed ex equalitate, ⁊ natura intrinſeca operis ⁊ pmij, ita qđ tantũ ſit meritũ, quãtum eſt premiũ, nã ſi hõ per infinitũ tẽpus virtuoſe, ⁊ relligioſe, ⁊ in maxima abſtinẽtia viueret, ⁊ omnia dei pcepta etiã cũ adiutorio diuinę gr̃ę obſeruaret, nunq̃

Euidens probatio. tamen mereret vitę ęternę pmiũ de cõdigno, ⁊ ex debito iuſtitię iſto modo, ita qđ tantũ eſſet pmium vitę ęternę, ſicut eſſent merita ſua, cũ de ſe ſint parui momẽti, ⁊ finita, ⁊ per conſequens nõ meritoria

Ro. 8. illius ĩfiniti pmij, ⁊ hoc eſt q̄ dicit. Ro.8. Nõ ſunt cõdignę paſſiones huius tẽporiſ ad futurã gloriã,

Luc.17. Et Lucę.17. Cũ feceritis omnia, q̃ pcepta ſunt vobis ⁊c. Et ſic cõſequẽter oẽs alię ſcripturarũ autoritates, quibus Lutherani cõtra nos inſtãt, ad hũc ſenſũ ſonare vident, meremur quippe, per opa bona vitę ęternę pmiũ ex cõuẽtione. ⁊ pmiſſione dei, nõ meremur vero, quãtum ad intrinſecã rationẽ ⁊ qualitatẽ illius maximi pmij, reſpectu noſtri meriti, de quo pmio Pau. loquit dicens, Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcen

dit, quę preparat deus diligentibus ſe ⁊c.
¶ Ad rationē etiā factā de facili reſpōdet, ⁊ cōcedi tur, qđ pmiū reddit merito cōdigno, ſm debitū iu ſtitię, ⁊ negat qđ deus nullius pōt eſſe debitor. Nā licet deus nullius debitor eſſe poſſit ex natura rei, pōt tamē ſe facere debitorē noſtrū, ex ſua libera vo luntate, nobis pmittēdo pro talibus opibus tan tum pmiū, ſicut homo gratis pmittēs alicui ex ſua libertate donū, ſe debitorē illi cōſtituit. Tenet. n. ſm iuſtitiā ſeruare promiſſu3. Apl's. n. dicit. Quis prior dedit illi ⁊c. Loquit de redditione ex natura rei debita. ſ. p aliquo prius ad ſui vtilitatē recepto. Hoc aūt locū nō habet in deo, qui nullius eget, Et cū iterū arguit ſilogiſtice, probando deum nō poſſe eſſe debitorē. Reſpōdetur per diſtinctione3. Quia vel illa determinatio, nō reddendo, determinat ma iorē extremitatem. ſ. debitor, vt maior valeat iſta, omnis debitor nō reddēs eſt iniuſtus, ſic male ſub ſumit, ⁊ male cōcluditur, ſed deberet ſic ſylogizari, omnis debitor nō reddens eſt iniuſtus, deus nō eſt iniuſtus, ergo deus nō eſt debitor nō reddēs. Suo modo ſi arguit cū verbo pōt. ſic cōcluſio eſt vera, quia licet deus poſſit nō reddere pmium, nō tamen poteſt eſſe debitor, ⁊ nō reddere, cū quo nō ſtat nō reddere, cū eius volūtas ſit immutabilis. Si vero ly nō reddendo determinat ly iniuſtus, ſic maior ē falſa, q2 valet iſtā omnis debitor eſt iniuſtus nō red dens, q̄ eſt falſa de deo, ⁊ de multis aliis. Si dicis nō reddēdo includit cōditionalē, ⁊ valet omnis de bitor ſi nō reddit eſt iniuſtus, reſpōdetur qđ condi tionalis nō ē ſylogiſmus cathegoricus, neq3 aliqua ſpecies ſylogiſmi hippotetici, ſi xͦo fuerit de cōditio nato extremo, reſpōdet vt prius, quare ⁊c.

Solutio rationis.

Ro. 11.

¶ Concluſio. 4.

Licet nullus viator actib. ſeu opib. a volũtate li bere elicitis mereaꝛ primã grã3 de cõdigno, põt tñ qlibet hõ diuina coopante grã. De condigno et ex debito iuſtitię mereri eiuſdẽ grę augumẽtũ.

¶ Prima pars ꝓbaꝛ, qꝛ neqȝ opib. p̃cedẽtib. gra tiam, neqȝ ſequẽtib. Nõ primũ, qꝛ opera p̃cedẽtia gratiã ſunt opa peccatoris, ⁊ ingrati deo, g̃ nullum tale opus, eſt p̃mio dignũ. vt dictũ eſt. Neqȝ ſecun dũ, qꝛ nullũ opus poteſt eſſe meritoriũ gratię p̃ſeri ſtentis, Tũ qꝛ meritũ eſt via ad p̃miũ, via aũt nõ ſe quiꝛ ſuũ terminũ. Tũ qꝛ meritũ condigni p̃ſuppo nit grã3. Sicut effectus cã3. Grã. n. eſt cã princi palis meriti, vt ꝓbabiꝛ, g̃ opus nõ põt eſſe meritu3 primę grę q̃ ſupponit, aliogn cauſę eſſent ſibi inui cẽ cauſę in eodem generę cauſę, ꝙ eſt impoſſibile. Meritũ aũt reduciꝛ ad genus cauſę efficiẽtis, reſpe ctu p̃mij, ideo ⁊c. Et ſi dicas bonus miles mereꝛ equũ ſibi a Rege datũ, p obſeqa ſequentia, g̃ a ſimili qs grã3 ſibi datã mereri põt p bonũ vſu3 grę receptę. Hoc eſt p opa ſequẽtia in grã opata, Reſpõdeꝛ ꝙ

Ro. 11. hoc eſt manifeſte ꝯ Apl'm ad Ro. d. Si aũt' grã, iã nõ ex opib. aliogn grã iam nõ eſſet grã, ꝙ de prima grã maxime verũ eſt. Preterea nõ eſt ſimile de equo militis, ⁊ grã p̃ma, qꝛ Rex nõ dat equũ, niſi intuitu ſeruitij, ꝙ ſperat ſequturũ. Nõ. n. daret equũ, niſi p̃ ſumeret militẽ donũ hoc ſequẽtib. ſeruitijs cõpẽſa turũ. Deus aũt dans primã grã3, nõ dat illã intui tu meritoꝝ ſequẽtiũ, aliogn nõ daret ei, que3 ſciret nõ bene vſurũ grã; ꝙ falſu3 eſt, qꝛ omni nõ ponenti obicẽ infundit grã3. Etiã ſi poſtea nõ bene vtatur, ſicut eſt videre in pueris baptizatis, accedẽte vſu ra tionis a deo auerſis: Sed qꝛ huic primę parti con

cluſionis nō minus Lutherani, q̄ Catholici fauet,
ideo alias ꝑtermitto probatiōes. Quod.n.fere ab
oibus cōcedit, multa nō indiget probatione.
¶ Secūda pars (cui magis aduerſant heretici mo
derni) ꝓbat authoritate beati Aug. ad Bonifaciū
gr̄a meret augeri, vt aucta mereat ⁊ ꝑfici, ſed ſi nō
admittit authoritas Aug. ꝓbat rōne, q: q̄libet hñs
gr̄az, habet vnde pōt ꝓficere in merito p̄mij beatifi
ci, vt ſupra ꝓbatū eſt, g̃ ēt habet vnde pōt ꝓficere i
gr̄az, tenet ↄſequētia, q: maior beatitudo retribuē
da ꝑexigit maiorē gr̄az i p̄miādo. Oportet g̃ gr̄az
creſcere ꝓportionabilit ad gloriā retribuēdā. Cre-
ſcit aūt gr̄a per ſui augumētum.
¶ Itē oēs cōditiōes meriti de cōdigno, ſeu meriti
abſoluti, idē eſt.n. dicere meritū abſolutū, ⁊ meritū
cōdignū, ↄueniunt bono opi, ex gr̄a elicito reſpectu
vlterioris gradus gr̄e, quo auget g̃ ⁊c. aſſis p3, q: ibi
eſt dignitas eliciētis, eſt ⁊ gr̄a cooperans. pariter ⁊
deus acceptās, necnō ⁊ ꝓportio ad gradū, quo gr̄a
auget, vñ ⁊ ſi tota gr̄a ↄſtituta ex gr̄a ꝑexiſtente ⁊
ſuꝑ addita excedit gr̄az ꝑexiſtētē, tñ gradus ille ꝑ
ſe q ſuꝑaddit nō excedit, ⁊ ꝑciſe reſpectu illius ē
meritū, nō reſpectu ꝑexiſtentis.

Prima rō ꝓ augumēto gr̄e.

Secūda rō

¶ Quinta concluſio.

Qualibet bō obicis remotiōe, ac bono motu in deū ex arbitrij libertate elicito, licet nō de
cōdigno, neq3 ex debito iuſtitie ꝑciſe, tñ ↄgrue ſeu
aliquo mō p̄mā gr̄az mereri poteſt.
¶ Hec ↄcluſio ſic ꝓbat, q: quēlib3 actū, vl' oē opꝰ
faciētis q̄ i ſe eſt, deus acceptat ad tribuēdu3 gr̄az
p̄mā nō ex d̄bito iuſtitie ſ3 ex ſua libalitate, ſ3 bō re
mouēdo obicē.i. obſtaculū ⁊ diuine gr̄e īpedimētū
b̄ē, ceſſando ab actu, ⁊ ↄſenſu pc̄ti, ⁊ eliciēdo bonū

Quid ſit remouere obicem.

motum in deū,tanq̄ in ſuū principiū ⁊ finē,facit q̄ in ſe eſt,ergo actum,vel opus remotionis obicis,⁊ bonū motū in deū acceptat deus,de ſua liberalitate ad infundendū gratiā. Ultra, ergo remotione obicis,⁊ bono motu meret̃ gratiā congrue,ſeu aliquo modo,vltima cōſequētia eſt nota,q2 quilibet actus libere elicitus,⁊ aceptatus a deo ad aliquid retribuendū nō ex debito iuſtitię,ſed ex ſola dei acceptātis liberalitate, aliquo modo dicit̃ meritorius,q2 faltē deus facit actum illum meritoriū,acceptādo ipſū, que3 ⁊ nos meritū cōgruū appellamus,⁊ hoc a nullo debite negari pōt.

Probatio maioris. Prima etiā cōſequētia eſt nota,eo q̄ ē ſylogiſtica in tertio modo primę figurę.

Zacha.1. Maior probat̃ per illud Zacharię. Cōuertimini ad me,⁊ ego cōuertar ad vos.

Iacobi.4. Apoc.3. ¶ Itē Iacobus Appropinquate deo,⁊ ipſe appropinquabit vobis,⁊ Io.in Apoc. Ego ſto ad oſtium ⁊ pulſo,ſi quis audierit vocē meā,⁊ aperuerit mihi ianuā, itrabo ad illū,⁊ cenabo cū illo,⁊ ipſe mecu3. Cōuerti autem ad deū,⁊ appropinquari deo,ac aperiri illi,eſt facere q̄ in ſe eſt. Cōuertit̃ nēpe deus ad hominē,⁊ appropinquat ei, ac intrat habitādo in eo,⁊ cenādo cū illo,p grãs, q̄ infundit ille.

2.Thim.2. ¶ Ite3 Aug.ſup illud Pauli.2.ad Thimo.2. Negare ſeipſum nō pōt,⁊ cū ſit iuſtus, nō pōt negare ſuā iuſtitiā,ergo cū ſit miſericors nō pōt negare ſuā bonitatē ⁊ miſericordiā,q2 pronior eſt ad largiēdū de ſua miſericordia ⁊ bonitate,q̄ ad puniendu3 de ſua iuſtitia. Si ergo nō pōt ſuā iuſtitiā negare facientibus malū,multo magis nō pōt ſuā bonitatē, ⁊ miſericordiā negare illis, qui requirūt eam, ſed q facit quod in ſe eſt,reqrit bonitatē, ⁊ miſericordia3 ergo dat ei,hoc aūt eſt infundere gratiā. igit̃ ⁊c.

¶ Preterea idē Aug. ſuper illud Ro. 5. Juſtificati ex fide pacē habemus ad deū ait, Deus recipit cō fugientes ad ſe, aliter in eo eſſet iniquitas. Sed impoſſibile eſt, quod in eo ſit iniquitas, ergo impoſſibile eſt, quod nō recipiat cōfugiētes ad ſe, ſed faciēs quod in ſe eſt, cōfugit ad ipſum, ergo neceſſe eſt qd' ipſu3 recipiat, recipit aūt īfundēdo gratiā. Minor probať, q2 remouēdo obicē, qui eſt cōſenſus in peccato, ⁊ eliciendo motum bonū liberi arbitrij ī deū facit quod ī ſe eſt. Ultra. n. ex ſe nō pōt, ſuppoſita ſemp gnali īfluētia dei, ſine qua omnino nihil pōt. Ro. 5.

¶ Ex quib. ſequiť, quod iniuſte ⁊ male Lutherani derrident, ⁊ negant huiuſmodi Theologorū diſtinctionē. ſ. de merito condigno, ⁊ cōgruo. Nā qđ detur aliquod meritum alicuius p̄mij condignū ex debito iuſtitię, videlicet ex conuentione, ⁊ pacto, ac dei p̄miantis libera acceptatione, Pariterq3 detur meritū congruū, qd' eſt opus a volūtate libere elicitum, ad aliqd' bonū retribuēdum acceptatū, non ſi quidē ex debito iuſtitię, ſed ex ſola acceptātis liberalitatę, clare liquet. ex rationibus ⁊ autoritatibus ſupra dictis. Et in hoc differūt, q2 meritū cōdignū p̄ſupponit gratiā, ſimulq3 pactū, aut cōuentione3, ſeu p̄miantis p̄miſſionē, vt patuit ſupra. Meritu3 vero congruū, nō p̄ſupponit gratiā. Poteſt. n. pręmians aliquid retribuere operāti, intuitu alicuius operis, alias nō daturus, nō tñ tāq3 digno in ſe, nec ratione operis cōdigni, ſed ex ſua liberalitate, etiā ei qui inimicus eſt, vt euidenter conſtat de homine peccatore, cōtrito tñ ⁊ pęnitente, cuius cōtritionē deus acceptat, ad gratiā elargiendā, facitq3, ex ſua liberalitate illud pęnitentię opus eſſe aliquomodo diuinę gratię meritoriū, qm̄ cuilibet facienti quod

Corelariū ꝯtra Luth.

Quid ſit meritū congruum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

in ſe eſt ſemp deus eſt paratus ſuā tribuere gratiā, vt nō minus rationib.ꝙ autboritatib.probatū eſt ſupra,igit̄ cōcludendū eſt ꝑuiā cōtritionē,ſeu interiorē pꝫnitentiā eſſe meritū cōgruū,reſpectu diuine gratię. Quare quilibet peccator faciēs quod in ſe eſt,ex cōtritionis virtute,de cōgruo primā meret̄ grāz, qua babita inde ex bonis operibus de condigno,ꝛ ex debito iuſtitię.ſ. ex pacto,aut ꝯuentione, ſeu ꝑmiātis promiſſione meretur vitę eternę mercedē,vt luce clarius liquet ex ſupra dictis ꝛc.

Correlariū

¶ Pulcberrimū quęſitum.

Sed queret aliquis ꝛ non īmerito,quid ſit facere ꝙ in ſe eſt,ꝛ quō īfidelis babet,ſeu pōt facere ꝙ in ſe eſt,pariter ꝛ fidelis. Reſpōdendū eſt,quod in quolibet bomine eſt ratio recta,per naturā,qua qlibet pōt cognoſcer̄ ſuū principiū.ſ.deū. Per boc.n. quod qulibet bō naturalit̄ ſcit non ſemp fuiſſe,ſcit ſe factū eſſe,ꝛ babere principiū,ꝛ ſcit qđ ab illo principio babet quicqd babet boni,a quo debet petere bonū,ꝛ ſuoꝝ deffectuū suppletiōes. In cuiꝰ ſignū nulla fuit bominū natio,q̄ voluit eē ſine deo,a quo neceſſaria ꝛ ſubuentionē peteret, licet multi errantes,ꝛ decepti illos coluerūt pro deo. Cum ergo ꝑm illam nationē, per liberū arbitriū operat̄ bomo,recurrēdo ad illū,quē ſcit eē ſuū principiū,ꝛ petit ab eo lumen cognitionis fidei,ꝛ boni,facit quod in ſe eſt, ꝛ boc generaliter ē in quolibet bomine. Infideli aūt peccatore,q babet fidē informē, nibilominus fides illa ad duo radiat.ſ.ad diuinā iuſtitiā damnantē reprobos,ꝛ ad diuinā miſericordiā ſaluātes electos. Si ergo auertat ſuū arbitriū ab actu peccati, ꝯſiderādo diuinā iuſtitiā dānatē reprobos,ꝛ cōuertat ipſuz ad obediendū deo, ꝛ diligendū deum

Quō īfidelis facit qđ in ſe eſt.

Quid ſit facere ꝙ in ſe eſt apud fidelem.

cōſideratione miſericordię,qua ſaluat electos ex pri mo.n. generatꝰ timor, ex ſecūdo ſpes,ꝛ hoc faciendo facit qđ in ſe eſt. Sed forte dicet Lutherus,hoc facere qđ ī ſe ē,pſupponit liberū arbitriū. Sed hoc nō datur,ergo nullus pōt facere qđ in ſe eſt,reſpondeo, qđ in cōcluſionib.ſequētis tractatus Deo optimo auxiliāte apertiſſime demōſtrabitꝰ liberum arbitrium de neceſſitate dari ꝛc. Obiectio.

Poteſt etiā breuius dici,qđ infidelis facit qđ i ſe eſt,dū arbitriū ſuū cōformat rationi,ac toto corde petit,ac q̄rit illuminari ad cognoſcēdū veritatē, iuſtitiā,ꝛ bonū. Exemplo Cornelij Centurionis actuū.10. Fidelis vero facit qđ in ſe eſt,ſi ƀm rgulā fidei deteſtatꝰ peccatū. proponens in omnibus obedire deo,ꝛ eius p̄cepta ƀuare, peccatū.n.deteſtādo remouet obicem,volens aūt deo tanq̄ ſummo bono obedire pp ipſum deū,habet bonū motū in deū, ꝛ ſic patet minor qđ.ſ.remouens obicē, ꝛ habens bonū motū in deū,facit qđ in ſe eſt quare ꝛc. Actuū.10. Facere qđ i ſe eſt qd ſit breuiter.

Aliud perpulchre q̄ſitum.

POteſt inſuper aliquis q̄rere,an deus neceſſario det gratiā faciēti qđ in ſe eſt. Reſpōdetꝰ per duplicē diſtinctionē, qm̄ neceſſitas dupliciꝰ ſumitꝰ.ſ. pro neceſſitate coactionis,vel pro neceſſitate mutabilitatis,vel pōt poni alia diſtinctio. Eſt.n.neceſſitas ſimpliciter dicta, ſeu abſoluta,cuius oppoſitū includit cōtradictionē,ꝛ eſt neceſſitas ex cōditione ſeu ſuppoſitione. Tunc dicitꝰ,qđ deus dat gratiam facienti qđ in ſe eſt, neceſſitate imutabilitatis,ꝛ ex ſuppoſitione,q2 diſpoſuit deus dare īmutabilitꝰ gratiā facienti qđ in ſe eſt,vt ſupra claret. Illa ergo ordinatiōe ſtante, ꝛ ſuppoſitione,nō pōt nō dare gratiā facienti qđ in ſe eſt,q2 tūc eſſet mutabilis. Sic Neceſſitas coactionis imutabilis. Neceſſitas abſoluta cōditionata.

prędeſtinatũ nõ põt nõ ſaluari in ſenſu cõpoſito.ſ. ex ſuppoſitione, qꝛ impoſſibile eſt p̃deſtinatuʒ non ſaluari, ſtante ſua p̃deſtinatione, licet in ſenſu diuiſo.i.ſimpliciť, ⁊ abſolute hęc ſit vera, q̃ p̃diſtinatuſ eſt, poteſt nõ ſaluari, qꝛ poteſt nõ eſſe p̃deſtinatus, cum pꝛedeſtinatio cuiuſcũqꝫ ſit cõtingẽs, ſic omnis oꝛdinatio dei ad extra eſt cõtingens. Unde hęc cõſequẽtia eſt neceſſaria. Albertus eſt pꝛedeſtinatuſ, igitur, Albertus ſaluabitur, Licet tã antecedens q̃ cõſequens ſit cõtingens. Quapꝑ eodẽ modo ſequitur, Albertus facit qđ in ſe eſt, ergo deus dat ei gratiam, licet vt dictũ eſt, tã antecedens q̃ ꝯſequẽs ſit ꝯtingẽs, ſic q̃ neceſſariũ eſt ex ſuppoſitiõe deũ dare faciẽti q̃ in ſe eſt grãʒ, qꝛ hęc cõditionalis eſt neceſſaria. Si hõ facit q̃ in ſe eſt, deus dat grãʒ. Nõ autẽ neceſſario ſimpliciť, neqꝫ coactus, dat gratiã faciẽti qđ in ſe eſt, qꝛ illa neceſſitas nõ cadit in deuʒ, reſpectu cuiuſcũqꝫ creature. Sed obijciũt Lutherani dicẽ. impoſſibile eſt hominẽ facere qđ in ſe eſt, qꝛ facere qđ in ſe eſt, eſt remouere obicẽ ⁊ impedimentũ grę. Obex aũt grę eſt peccatuʒ moꝛtale, ſed nullus homo põt de ſe peccatũ ſuũ remouere, cũ ſolus deus remittit peccata. igiť nullus homo põt facere qđ in ſe eſt. Reſpõdeť, qđ obex grę, qñqꝫ dicitur peccatũ moꝛtale, quãtum ad reatũ, qñqꝫ dř peccatũ moꝛtale quãtũ ad actũ interioꝛẽ ⁊ exterioꝛeʒ, q̃ eſt cõſenſus ⁊ cõplacẽtia peccati.

Obiectio lutheranoꝛũ.

Reſponſio catholica.

¶ Pꝛimum remouere non poteſt homo, quia peccatum quo ad reatum non remouetur, niſi per peccati remiſſionem, quod ſolius dei eſt, qui tamen paratus eſt remittere facienti quod in ſe eſt. Obicem vero ſecũdo modo dictum poteſt remouere peccatoꝛ, quia poteſt ceſſare a conſenſu ⁊ actu peccandi,

firmino odire peccatu3, ⁊ vele non peccare, ⁊ de hoc obice intelligenda ſunt dicta ſuperius, in quinte cõcluſionis probatione ⁊c.

¶ Vel vt idem clarius dicã, de eodẽq3 vos certiores faciã. Duplex eſt obex, vel obſtaculũ ſeu impedimẽtũ grę gratũ faciẽtis, qđ idẽ ẽ.ſ. mortale crimẽ, ⁊ actualis ꝯſenſus peccati, ſeu cõplacẽtia ⁊ pſeuerãtia in illo. Remouere aũt primũ obicẽ, aut obſtaculũ, ſeu impedimẽtũ, qđ in idẽ reddit, in hoĩs nõ eſt poteſtate, q2 ſolius dei ẽ remittere peccata. Secũdũ vero obicem ⁊ diuinę gratię impedimẽtum poteſt homo remouere, ceſſando a perſeuerãtia, ⁊ cõplacẽtia peccandi. Pariterq3 ab actu ⁊ conſenſu peccati. Quid eſt.n. obicẽ remouere, niſi peccata deteſtari, ac per vera3 cordis cõtritionem dolere de cõmiſſis, cũ firmo non amplius peccãdi propoſito: facere autẽ quod in ſe eſt, vltra hoc, addit bonum motum in deum.ſ. vele in omnibus deo obedire, eiuſq3 obſeruare mãdata, tunc ſtatim deus, qui nũq3 deeſt faciẽti quod in ſe eſt, ei remittit peccata nouã infundendo gratiã, nõ ſiquidẽ coactionis, vel abſoluta neceſſitate, ſed cõditionata quippe ⁊ imutabilitatis neceſſitate, ꝑut dictũ eſt ſupra, quare ⁊c.

Hic clarius loquit̃ auctor.

Obicem remouere qd ſit.

Quid facere qđ ĩ ſe ẽ.

¶ Sexta Cõcluſio.

Licet nullus viator poſſit alteri mereri primam grã3, beatitudinẽ, ſiue gloriã directe, nec aliquẽ eius gradũ. Põt tñ hõ ſaltẽ indirecte, vel aliquomõ alteri mereri primã grã3, ⁊ augumentũ eius, necnõ ⁊ cetera dona gratię gratis datę.

¶ Prima pars cõcluſionis ꝓbat̃, q2 beatitudo reſpondet tm̃ grę ⁊ opib. ꝓpriis, ei q beatificat̃, ⁊ nõ grę alterius, nec alienis opib. dempto merito xp̃i, q omnib. meruit grã3 (⁊ nota q̃ de beatitudine eſſen

tiali loquit conclusio) dicit.n.scriptura. Oēs nos
2.corint.5. māifestari op; āte tribunal xpi, vt referat vnusqſq; ppria corporis, put gessit siue bonū siue malū.
1.corint.3. ¶ Itē ad corinth. ait Pau. Unusqſq; pprīā merce dē accipiet ſm ſuū laborem.
Ro. 14. ¶ Preterea idem Apl's ad Ro. inqt. Unusquiſq; pro ſe rationē reddet deo.
Gal.6. ¶ Proinde ad Gala. iterū dicit, Que ſeminauerit hō hec 7 mettet, 7 ibidē vnuſqſq; on' ſuū portabit.
¶ Itē ex merito alicuius ſancti nō cōfert gra peccatori directe, 7 ex debito iuſtitie, eo q nihil deus debet pctori niſi penā, nec illud debet ſācto orāti, q2 pollicitus ē deus exaudire oroes ſanctoꝝ, p ſe nō p alijs, pōt.n.multipliciter impediri p alijs orans.
Matth.9. ¶ Secūda pars cōcluſionis pbat, p illud Matth. Uidēs Jeſus fidē illoꝝ dixit paralitico. Cōfide fili, remittūtur tibi peccata tua, vn̄ gloſa. Pēſate fratres quātū valet apud deū fides ppria, cū tm̄ valuit fides aliena, vt hominē ſanaret in anima 7 corpore. Nō aūt ſanat ī aīa, niſi p gratiā, Sic beatus Pau. credit ꝯuerſus oratiōib. s. Stephani, 7 btūs Auguſtinus orationibus matris ſue, necnon 7 populus Iſrael multotiēs conuerſus ad deū, 7 a flagellis liberatus oratiōibus Moſi ſerui dei, 7 ſic de alijs, de quibus clare exempla habemus in ſcripturis, 7 eodem modo poteſt probari, quod vnus poteſt alteri mereri augumentum gratie, 7 cetera dona gratie gratis date, quia ſi poteſt alteri impetrare gratiam qđ maius eſt, ergo etiā augumentū gratie, 7 cetera dona, quod minus eſt. Sed hec.2.pars concluſionis clarius, 7 fortius demōſtrabitur, in tractatu de orationibus ſanctorum, contra impia Lutheranoꝝ dogmata 7c.

¶ Ex euidētiſſimo Tractatu De Libero Arbi-
trio Secunda Theorematū acutiſſima
Diſputatio, Cōcluſio.
Prima.

Liberū arbitriū neceſſario dari tā
ad bonū quā ad malū, effecꝫ cuili
bet homini cōnaturale omnino aſ
ſerimus, quare falſa ſūt illa Stoi
corū dicta, omnia ꝺ neceſſitate eue
niunt, certaqꝫ ſtant omnia lege, q̄
Lutherani eſſe vera impie fatentur.

¶ Demōſtrato ex euidētiſſimis rationib. libero ar
bitrio, tota hec concluſio reddit vera, ſed pro eius
declaratione, ac cōcluſionis ꝓbatione, primo ſcien-
duꝫ eſt, qꝺ aliter de libero arbitrio locuti ſunt phi-
loſophi, ⁊ naturales, ⁊ aliter locuti ſunt Theologi,
⁊ ſancti, nā phi loquūtur de libero arbi. ꝓut diſtin
guit cōtra principiū naturale, qꝛ tripliciter eſt age-
re ſm phos, ſ. agere libere, q̄ eſt actio volūtatis age
re naturaliter, q̄ eſt actio ignis calefaciētis, ⁊ agere
violēter, q̄ eſt actio lapidis proiecti ſurſuꝫ, vt habet
phs. 2. phiſicorū, vbi diſtinguit principiū actiuū in
naturā ⁊ intellectū, per intellectū intelligit volūta-
tem ſiue liberū arbitriū. hoc eſt animā intellectiuā,
reſpectu illius actus, quē habet in ſua poteſtate, ⁊
ibidē, cū diuidit agens ſm propoſitū, ⁊ nō ſm pro-
poſitū, per agens ſm ꝓpoſitū intelligit, agens libe
rū, ſeu volūtateꝫ, per agens nō ſm propoſitū intel-
ligit naturā, ſeu potētiā irrationalē. Vñ potētia
libera, vt diſtinguit cōtra naturalē, ſm phos eſt po
tentia indifferens ad oppoſita. i. q̄ ad productionē
alicuius effectus, omnib. poſitis, ⁊ eodem modo ſe
hñtibus, nullo variato ex parte ſui vel alterius ha-

bet in poteſtate ſua, ita nõ ꝓducere ſicut ꝓducere, ita ꝙ ex natura ſua ad neutrũ determinatur, ⁊ talis potẽtia, dicit̃ cõtingẽter ⁊ libere productiua. Potentia vero naturalis oppoſito modo deſcribit̃, eſt potẽtia ad vnũ oppoſitorũ determinata, q̃ nõ habet i poteſtate ſua vtrũq; oppoſitorũ, ⁊ talis agit neceſſario. i. poſitis omnib. requiſitis ad productionẽ, effectus, non põt nõ ꝓducere. Ex quo ſequit̃, ꝙ nulla cauſa reſpectu eiuſdẽ effectus eſt libera. ⁊ nãlis, q2 implicat. Secũdo ſequit̃, ꝙ cauſa reſpectu vni9 effectus, põt eſſe libera, ⁊ eadẽ reſpectu alterius erit nãlis, p3 de aĩa rationali, q̃ reſpectu volitionis eſt libera, ⁊ eadẽ reſpectu intellectiõis eſt nãlis, ex quo tertio ſequit̃, qd ſola humana volũtas eſt libera.

Quid potẽtia nãlis.

Correla. 1.

Correla. 2.

Correla. 3.

¶ Theologi vero, ⁊ ſancti Docto. varie loquũtur de libertate, quandoq;. n. accipiũt libertatem, put diſtinguit̃ cõtra coactionẽ, ita qd potẽtia dicit̃ producere libere, qñ nõ producit coacte: q2 producere coacte eſt ꝓducere cõtra ſuũ vele, ſicut dicimus, qd mercatores qñ proiciũt merces in mari, nõ proiciũt eas coacte. hoc eſt cõtra eorũ vele, immo proiciunt libere, prout libertas diſtinguit̃ cõtra coactionẽ, ⁊ talis libertas, nõ diſtinguit̃ cõtra principiũ neceſſarius, q2 ſtat, qd aliqd agens agat neceſſario, ⁊ etiã agat libere, iſto modo capiẽdo libertatem, q2 deus vult ſeipſũ eſſe libere: ⁊ ẽt neceſſario, nõ neceſſitate coactiõis, q2 a nullo cogi põt, ſed neceſſitate ĩmutabilitatis, q2 ſic deus ĩmutabiliter ab ęterno ordinauit. Eodẽ etiã mõ dicit̃ qd pr̃ in diuinis generat filium libere, ⁊ neceſſario. Neceſſitas aũt coactiõis ſemp repugnat libertati arbitrij, nõ autẽ neceſſitas ĩmutabilitatis, vnde liberũ, idem eſt qd volũtariũ, ⁊ iſto modo libere producit̃, quicqd producit̃ a voluntate

luntate,quare ſi volũtas ꝓduceret aliquẽ actũ etiã neceſſario,volũtarie ⁊ libere ꝓduceret, nõ aũt contingenẽ,⁊ hec libertas a coactione cõuenit deo,angelis,⁊ hominib.ſicut volũtas cõuenit illis vniuoce.Alio mõ accipiẽ libertas prout opponiẽ ſeruituti,per quã qs alteri ſubiciẽ,de qua Pau.ad Cor.7. ait.Seruus vocatus es,nõ ſit tibi cure,ſed ⁊ ſi põt fieri liber magis vtere,⁊ ſic ſm multiplicẽ ſeruitutẽ,poteſt poni multiplex oppoſita libertas, ⁊ qr duplex eſt ſeruitus ſm Theologos.ſ.ſeruitus culpe, ⁊ ſeruitus miſie,ita duplex erit oppoſita libertas.ſ. libertas a culpa,⁊ a miſeria,ſeu a pena:⁊ hec libertas cõuenit tantũmodo deo, ⁊ beatis,de qua libertate loquiẽ Aug.prout recitat Magr.2.ſen. Multo liberius erit arbitrium,qd' oĩno non põt ſeruire peccato.viatores vero tanto ſunt liberiores, quãto magis culpe,⁊ pene ſunt immunes,vt pꝫ Ro.6.Liberati a peccato ſerui facti eſtis iuſtitie. Dãnati vero carent vtraqꝫ libertate, vnde diuidiẽ libertas in libertatem nature,⁊ libertatẽ gratie,⁊ glorie, libtas nãqꝫ nature eſt libertas a coactione,libertas gratie eſt libertas a culpa;libertas glorie eſt libertas a miſeria. Prima cõuenit deo,⁊ cuilibet creature habẽti voluntatẽ liberã.2.cõuenit omnib.exiſtẽtibus in grã.3.cõuenit tantũmodo beatis. ſed de iſtis trib. modis libertatis,nõ ſumus dicturi in ꝑſenti tractatu:ideo tantũ dicta ſufficiãt. Alia ſiquidẽ eſt libertas,q̃ opponiẽ neceſſitati nõ tantum coactiõis, ſed etiã immutabilitatis,⁊ hec diciẽ libertas contradictionis,ſeu cõtingentie,⁊ hec eſt principiũ meriti, ⁊ demeriti,qr per hãc libertatẽ poſſumus peccare ⁊ nõ peccare, vele ⁊ nõ vele,tam bonũ,q̃ malũ,⁊ per ꝯñs mereri ⁊ demereri.Mereri tñ mediante diuina

Corint.7.

Ro.6.

De libertate in ꝓpoſito capta.

gra, et hec libertas conuenit tantūmō viatorib. qui ſunt in ſtatu peccādi, et nō peccandi, merēdi et deme rēdi, et ſm has acceptiones libertatis, variē aſſigna tur lib.ar. diffinitiones, varieqꝫ allegātur ſanctoꝝ authoritates. At qꝛ de illa libertate, q̄ cōuenit viato ribus ſumus tantū dicturi in pn̄tiarū, iō dimiſſis alijs diffinitionib. ſanctoꝝ ponitur diffinitio Diui Augu. quā Magr recitat. 2. ſen. Diſ. 25. q̄ talis eſt.

Liberū ar- bitriū qd ſit

Liberū arbi. eſt facultas rationis, et voluntatis, qua bonū eligit gr̄a aſſiſtēte, vel malū ea d̄ſiſtēte, q̄ ſm Magr̄m dat de libero arbi. viatoꝝ tm̄, et dr̄ liberū quātū ad volūtatē q̄ pōt in oppoſita, et dr̄ arbitriū, quātū ad rationē diſcretiuā boni et mali, ex qua di finitiōe elicit qd libe.arbi. nō eſt aliud, quā intelle ctus et volūtas ſimul, vt pꝫ ēt ex vi vocabuli. Nā dr̄ libe.arbi. vt p arbitriū intelligat intellectus ratio- nalis, tanq̄ iudex dictās volūtati aliqd eſſe faciedū vel nō faciendū, et p liberū intelligat volūtas, q̄ eſt libera ad illud volendū vel nō volēdū. et ſic libe.ar. pōt ēt aliter diffiniri. ſ. libe. arbi. eſt itellectus et vo lūtas, q̄ eſt eadē aīa dictās aliqd eſſe faciēdū vel nō faciēdū, et illud poſſe facere et poſſe nō facere, qꝛ itel- lect⁹ practicus multoties, et fere ſemp (vt dixim⁹) dictat volūtati multa bona faciēda, puta hodie eſſe ieiunādū, vel audiēdā miſſā, vel obſuāda p̄cepta dei, in poteſtate aūt volūtatis ē vele hodie ieiunare, vel nō ieiunare, et ſic vele audire miſſam, vel nō au- dire, pariterqꝫ in poteſtate volūtatis eſt imparare coꝛ poꝛi, et ptibus eius, vt moueātur ad executionē ſue volitiōis, niſi aliūde impediant, vele aūt et nole eius nūq̄ poſſunt impediri. Et hoc ſiqdē libe. arbi. ī cu ſua poteſtate eſt elicere bonū, vel malū, et vtrūlibet ſm electionē facere vel dimittere, ac inſuper i ſua eſt

Aliter diffi nitur.

libertate apetituq; moueri ad ea, q̄ bona vel mala
indicat ratio,taliſq; libertas non cōuenit deo, neq;
dānatis, neq; beatis, ſed tantū modo viatoribus.
His ergo ſic declaratis, probat̃ cōcluſio.ſ.qđ neceſ
ſario datur liberū arbi.tam ad bonū, q̄ȝ ad malū.

¶ Primo rationibus,deinde ſacrarū ſcri-
pturarū teſtimonijs.

¶ Prima pro libero arbi.rō demōſtratiua. Prima rō.

SEd ꝓ fundamēto huius primę rationis, ſuppo Mirabile ⁊
natur vnū,qđ eſt veriſſimū in natura.ſ.qđ oēs fortiſſimuz
rerū ſubę quādam naturalez proprietatē habent a primę rōis
deo,vt nāle ab illo,cuius eſt ꝓpriū nulla vi,ēt diui fundamētū
na ſeiungi poſſet,niſi illud idē ꝑimat̃, ⁊ lz rei ſuba
intelligi poſſit nō intellecto,qđ ſibi ꝓpriū eſt. Nul
la tn̄ virtus,excogitare pōt rē actu eſſe,abſq; eo qđ
ſibi ꝓpriū eſt,cōgenitū,⁊ cōnaturale,Exēpli cā,ſol
lucē hēt,q̄ ſibi cōgenita eſt, vel cōcreata,⁊ cōnālis,
⁊ vſq; adeo eſt eadē ſibi:qđ deus non poſſet a ſole
lumen ſe iūgere,niſi ſolē deſtrueret. Pariter plūbū
grauitatē hēt ſibi cōnālē ⁊ congenitā,qđ lz poſſit
intellectus plūbi naturā intelligere,nō cogitādo de
eius grauitate.Nullus tn̄ ſanus intellectus intelli
gere pōt,plumbū exiſtere denudatū a ſua cōgenita
grauitate,⁊ qđ dictuz eſt de ſole ⁊ plumbo,ita dici
pōt de vna q̄q; rei ſuba,⁊ eius ꝓprio,ſicut de igne,
a quo cōnaturalis eius caliditas p̄ nullā potētiam
ſeparī pōt,niſi ignis corrumpat̃.Impoſſibile eſt.n.
ignē eſſe,⁊ nō habere caliditatē,⁊ aquā exiſtere ſi-
ne humiditate,queādmodum hominem eſſe,⁊ non
eſſe riſibilem,nō eſt poſſibile,eo qđ riſibilitas cum
ſit propria paſſio hominis,ab ipſo ſeparari nequit,
⁊ ſi hoc accidit in vna quaq; ſuba corporea, verius
exiſtimandū eſt de re perfectiori.ſ.de rationali ani-

ma, q̄ tota perfectione p̄ferenda eſt cũctis corporeis rebus, pariter ⁊ de mentib. angelicis: q̄ oīa volens deus creare, lȝ potuerit nõ creare. tñ non potuit ea pducere, ſine ſuis ꝓprijs cõgenitis ⁊ cõnaturalib. ꝓprietatib. Et ſi nõ potuit aliquã naturã facere ſine ſua naturali ꝓprietate. Minus potuit eã formare ſine partib. ſuis eſſentialib. ex quibus cõſtat talis natura. Quis. n. recte diceret, qđ deus poſſet facere hominẽ eẽ hominẽ, ⁊ nõ habere animã rationalẽ: aut vnã animã rationalẽ creare ſine intellectu, memoria, ⁊ voluntate: ⁊ ſi hoc deuſ nequit facere, non pp ſuam impotentiaȝ, ſed q: repugnat creaturę ſic produci, ac ẽt taliter eſſe, ꝯtradictionẽ quoqȝ implicat hominẽ eẽ, ⁊ nõ eẽ animal rationale. Vires nẽpe eſſentiales animę rationalis. 3. ſunt itellectuſ. ſ. memoria, ⁊ voluntas. Harũ aũt triũ animę viriuȝ, q̄libet ſuã habet cõgenitã ꝓprietatẽ. Si ergo non potuit deuſ animã rationalẽ creare, abſqȝ itellectu, memoria, ⁊ volũtate, neqȝ iſtas animę vires facere potuit, vt ocioſe eſſent ſine ſuis cõgenitis ꝓprietatibus. Multe aũt ſunt intellectus ꝓprietates. ſ. res ſimplices ap̄hẽdere, iudicare, credere, opinari, ſcire, diuidere, cõponere, ratiocinari, ⁊ alia id genuſ, ſine quibus intellectus eſſe nõ põt. Quis. n. imaginari poſſet, vnũ intellectũ eſſe intellectũ, ſine huiuſmodi proprietatibus:

Proprietates intellectus inſeparabiles.

¶ Primo igiẽ põt intellectus ex ſui natura dep̄hẽdere ſimplicia, hoc eſt ſimplices terminos vniuſcuiuſqȝ diſcipline, cũ aũt intellectus terminos dep̄hendit, ſimul ⁊ eoꝝ ſignificata intelligit. Dũmodo intelligibilia ſint, ẽt denudatus a ſenſibus corporeis, qđ ſenſus nequit facere abſqȝ corporeis cõditionibus. Põt etiã intellectus ex dictionibus ſimplicib.

iam cognitis cōſtituere orōnes, Exēpli cā, deus eſt infinitus, valet ēt intellectus diuidere, itidē ꝛ comparare rē cognitā, ad alterā rē cognitā. Pōt deniqꝫ diſcurrere, ab vno ad reliquū, ꝛ ꝑ huiuſmodi diſcurſuз, illud diſtincte ſcire pōt, qđ ante diſcurſuз ignorabat. Interdū aūt, ratiocinatur a ſenſibilibus ad ſenſibilia, nōnunqꝫ vero a ſenſibilibus, ad intelligibilia ſeu icorporea. Unde ex naturali quadā ſua ratiocinatione, pōt attingere noticiaз multarū veritatū, ꝛ ex ſuo proprio diſcurſu, ꝛ deū, ꝛ quāplures eiꝰ proprietates pōt perfecte agnoſcere, vt infra clarius patebit, in ſecūde concluſionis probatione.

¶ Sed qđ dictū eſt de intellectu, ꝛ eius inſeparabilibus ꝓprietatibus, pariter dicendū eſt de memoria cuius propriū eſt reminiſcētia, ſeu recordatio, reminiſcētia nempe eſt cognitio, vel cogitatio ipſius reminiſcentis, de aliquo actu p̄terito, ſeu de aliqua re, viſa et cognita. Exēpli cauſa: Quis.n. ſemel cognouit Carolū impatorē, ex cuius viſione, ꝛ intellectione, cauſata eſt q̄dam naturalis ſimilitudo, ꝛ imago ipſius impatoris, q̄ quidē ſimilitudo derelicta eſt, ꝑ actū cognoſcēdi rem illam, in virtute memoratiua. Uirtus aūt recordatiua recipit ī ſe, ꝛ ꝯſeruat impatoris imaginē, q̄ etiā illius ſpecies vel ſimilitudo dici pōt. Cū aūt fit recordatio, memoria reſpicit illuз actū, vel ſpeciē, ſeu naturalē ſimilitudinē, vel imaginē. Que ēt noticia aſtractiua appellatur cauſata a noticia intuitiua impatoris, ꝛ licet impator ſit mortuus vel abſens, p̄ſens eſt. tñ ille memorie ſm ſuā ſimilitudinē, ſpeciē, ſeu imaginē, q̄ illū repſentat.

De memoria ꝛ eius ꝓprietate.

¶ Sed eſt notandū qđ duplex eſt memoria ſenſitiua .ſ. ꝛ intellectiua, ſenſitiua eſt in brutis, ꝛ etiaз in hominib, dū per noticiaз ſenſitiuā recordatur, intel-

Memoria ſenſitiua ꝛ itellectiua.

lectiua autē eſt tantū in hominibus, intellectus.n. recordari poteſt omnium intellectionū, et volitionū ſuarum, que non cadunt ſub ſenſu. Licet igitur corrumpatur memoria ſenſitiua, quando anima a corpore ſeparatur, non tamen corrumpitur virtus itellectiua, quia immortalis eſt, et ſuapte natura poteſt recordari, de omnibus que vel mediantibus ſenſibus, vel ſua virtute cognouit, que etiā a corpore ſoluta, poteſt cognoſcere actus ſuos pteritos, et omnium rerum ſpecies prius cognitarum, tā ſenſibilium, quam inſenſibilium, et quod verum ſit, per clarū teſtimoniū habemus

Luc. 16.

Luc. 16. de anima Abrae, que intellexit petitionē diuitis epulonis, et dixit ei, recordare filij etc. et ibi cōmemorat legem Moyſi, et Prophetarum, de quibus non potuiſſet mentionem facere, niſi habuiſſet memoriā eorum. Similiter epulo memoriā habuit omniū actuū ſuorum, qui fuerunt ſub ſenſibus, vnde nouit, qd eius fratres in mūdo exiſtētes ipſius exēpla ſequerētur, et pariter dānarentur. Ex iſtis igit oībus euidenter, et luce clarius patet, quod reminiſcētia ſeu recordatio eſt quedam congenita et naturalis proprietas ipſius memorie, q ab ipſa per nullā potentiā diſiungi pōt,

Prima voluntatis libertas.

¶ Tertia vero virtus et potentia anime rationalis, q voluntas dicitur, ex ſua propria natura libera eſt ad tria. Primo libera eſt ad oppoſitos actus.ſ. velle et nolle, poteſt.n. ſimul velle et nolle, nō ſimul.ſ. in eodem inſtanti, ſed ſucceſſiue.ſ. modo velle et modo nolle, et ecōuerſo, et quādo habuit hunc actū.ſ. velle potuiſſet ceſſare ab illo, et habere alium actum.ſ. oppoſitum vtpote nolle. Et cum hec prima libertas includat imperfectionē, puta mutabilitatē, ideo nō poſ

nitur i voluntate diuina. Secūdo voluntas libera eſt mediantibus illis actibus, ad oppoſita obiecta, in q̄ tendit, poteſt.n. vele bonum facere, ⁊ nole malum agere, nec minus poteſt vele album, ⁊ nole nigrum. Potuiſſetq; nole albu3, ⁊ vele nigrū. ⁊ ſic de omnibus aliȷs oppoſitis dicendum venit: ⁊ hęc libertas nullam includit imperfectionē, inmo neceſſaria eſt ad perfectionem illius virtutis ⁊ potentię, quia omnis virtus perfecta poteſt in illud tendere, qđ aptum eſt eſſe obiectum ſuu3, ſed quicquid appetibile eſt, ipſius voluntatis eſt obiectū, ergo voluntas cui deus contulit omnē perfectionē ſibi conuenientem (eo qđ cuncta creauit in ſuo genere perfecta) poteſt tendere in omne appetibile, ⁊c. ⁊ talis libertas eſt etiā in deo. Tertio volūtas libera eſt ad producēdum cōſimiles effectus: ⁊c.

Secūda libertas volūtatis.

Dñs primo

Tertia voluntatis libertas.

¶ His ergo ſuppoſitis, ⁊ declaratis, formo ſic rationem contra impia Lutheranoꝝ dogmata, quod cūq;.n. ſubſtantiale, ⁊ proprium eſt alicui ſubſtantię, nō poteſt ab illa ſeparari, abſq; corruptione ſuę naturę, ſed intellectus, memoria, ⁊ voluntas, ſunt vires eſſentiales, ⁊ potentię proprię animę rationalis, ergo non poſſunt ab illa ſeparari, abſq; corruptione ſuę naturę. Ueritas maioris, ⁊ minoris euidentiſſime patet ex ſupradictis, forma argumenti eſt tertio modo primę figurę, ideo contra Lutherū ratio concludit, ⁊c.

Argu. pro volūtatis libertatę in forma.

¶ Ite3 a ſimili, omne quod eſt eſſentiale, ⁊ propriū intellectui, ſeu potentię intellectiuę, nequit ſeparari ab illo, ſemota corruptione ſuę naturę, ſed poſſe ſimplicia aprehendere, ex quibus cōponere, vel diuidere pōt orationē, itidē, ⁊ res ſibi notas cōparare,

2. argu. de intellectu ⁊ eius ꝓprietatib. in forma.

pariterq3 ab vna ad aliã diſcurrere,⁊ ꝑ diſcurſus co
gnoſcere deũ, ⁊ ipſu3 eſſe infiniti vigoris, ac multa
alia, vt īfra declarabit̃, eſt eſſentiale,⁊ ꝓpriũ intel
lectus,ergo ab ipſo nõ poteſt ſeparari, abſq3 corru
ptione ſuę naturę, ꝯña p3, veritas maioris ⁊ mino
ris liq̃t recte intelligenti q̃ ſupra dicta ſunt,iõ ⁊c.

Tertiũ argumẽtum pro memoria ⁊ eius ꝓprietate. ℂ Preterea ēt a ſimili arguo, quicqd ē eſſentiale ⁊
ꝓpriũ memorię,nõ põt ab ipſa ſeparari ⁊c. Sed
reminiſci ſeu recordari,vel memorari ꝑ ſenſum,vel
intellectũ, de rebus p̄teritis ſenſibilibus, vel intelli
gibilibus,eſt ꝓpriũ ⁊ eſſentiale ipſi memorię,ergo
ab ipſa nullatenus ſeiungi põt ⁊c. Amplius per eã
dem rationē3 ⁊ magis in ꝓpoſito pro volũtate ſic
inſto,quicqd eſt ꝓpriu3 ⁊ eſſentiale volũtati ratio

De volũtate cõcludit̃ ꝓpoſitum. nali,ꝑ nulla3 potentiã poteſt ab illa ſeparari,abſq3
corruptione ſuę naturę,vt dictũ eſt. Sed habere li
bertatẽ ad oppoſitos actus.ſ.vele ⁊ nole. Itē ⁊ ad
oppoſita obiecta,⁊ deniũ ad producendũ oppoſito3
effectus,eſt quoddã ꝓpriũ,⁊ eſſentiale ipſi volun
tati,ergo talis libertas per nullã potentiã põt ſepa
rari ab ipſa volũtate,ſine deſtructionę ſuę naturę,
⁊ ſic euidenter p3(his rationibus)de facto,immo
neceſſario dari liberũ arb.cuius oppoſitũ tenet fal

Corelariũ ſa Lutheranorũ ſcbola, Et ex his liquet,qđ anima
q̃diu eſt, ſemꝑ habet has ꝓprietates, aliter.n.cor
rũperetur ipſi⁹animę natura,vbicũq3 ſit,ergo ani
ma,ſiue corpori alligata, ſiue a corporeis viculis ab
ſoluta fuerit,q̃ ſibi peculiaria,⁊ ꝓpria ſunt,ſemper
hẽt ſecũ,interq3 potiſſimũ eſt libertas,quare ⁊c.

ℂ Obijciunt heretici.

SEd forte dicent Lutherani,ergo dãnati poſſunt
vele bonũ,⁊ beati poſſunt vele malũ, ⁊ ſi omniũ
recordãtur,poſſunt triſtari de peccatis cõmiſſis,ſed

qd absurdius? igit nec beati malū, nec dānati bonū: velle possunt, quomō ergo habēt liberū arbitriū?

℃ Responsio catholica.

PRo respōsione istius obiectionis sciēdū est, qđ triplex est bonū. s. meritoriū, morale, ⁊ ex gñe. ℃ Bonū nempe meritoriū (loquēdo de merito vi te eterne) est opus a volūtate libere elicitū. ⁊ a deo ad p̄miū beatificū acceptatū, ⁊ hoc bonū p̄requirit gr̄a͡s gratū faciētē, tanq̄ sui principale principiū. ℃ Opus vero moraliter bonū, est opus a voluntate libere elicitum, ſm dictamen recte rationis, ⁊ istud opus est virtuosum, ſm qđ ph̄s diffinit virtutē. 2. ethicoꝝ. Elicit̄. n. opus virtutis, ſm qđ ratio recte dictat, ⁊ ſm oēs circūstantias reqsitas, ad tale opus, si. n. opus vel actus aliquis eliceret̄ cōformiter dictamini recte rationis, quātū ad oēs circūstantias, nō tñ, qꝛ rō sic dictasset. Sed a casu, vel pp delectatione, vel qꝛ sibi placuisset, illud nō esset bonū morale, sed tm̄ ex genere, ⁊ sic patet triplex bonū. Bonū. s. meritoriū, qđ elicit̄ mediāte gr̄a gratū faciēte, ⁊ bonum morale, qđ ſm dictamen recte rōnis elicitur, bonū quoq̄ ex genere, qđ cadit super debitam materiā, seu q̄ elicit̄ ſm aliquas circūstantias loci, vel tēporis, aut forte dicit̄ absolute, sine omni circūstātia, siue sit ꝯforme dictamini recte rōis siue non. Exemplū primi, vt eleemosyna facta pp deū, ab aliquo existente in gr̄a. Exemplū secūdi vt eleemosyna facta pauperi indigēti, nō pp deū, sed qꝛ recta ratio dictat, qđ subueniendū est miseris. Exēplū tertij: vt eleemosyna facta pauperi, nō simpliciter pp deū, nec pp hoc, qđ recta ratio dictet, sed pp aliqđ bonū vtile, vel delectabile, seu pp incōmodū aut piculum euitandū. Primū ergo est meritoriū, secundū mo-

Bonū meritoriū morale ex gñe.

Exēpla bonoꝝ operū.

rale, tertiũ tñ ē bonũ ex gñe, q꞉ cadit ſup mãs debi tã, ⁊ hoc ſufficit. At qm̃ ſeptẽtrionales heretici fri gidi corpore, ⁊ frigidiores corde, abhorrẽt, ac deſpi ciũt, deridẽt, negãtqꝫ huiuſmodi diſtinctionẽ, ḋ bo no meritorio, morale, ⁊ ex gñe, ĩõ hinc oſtendo eos cõfiteri oportere bonũ morale, ⁊ ex cõſequẽti bonũ ex gñe, p ea q̃ hr̃tur in Act. de Corne. cẽturione, q̄
Act. 10. licet ea fide, ⁊ charitate careret, de qua Chriſtiani Theologi agũt, nihilominus erat vir religioſus ac timẽs deũ, cũ omni domo ſua. faciẽs eleemoſynas multas plebi, ⁊ deṗcans deũ ſemp. Huius ergo bo na operatio nõ poterat dici bonũ meritoriũ, cũ care ret fide, erat q̄ppe gẽtilis. pariterqꝫ carebat charita te, erga xp̃m quẽ nõdũ nouerat, g̃ illius opatio bo na, dicẽda erat bonũ morale, qḋ bonũ ex gñe inclu dit, pꝫ etiã ex eo qḋ dixit ei angelus. Orões tuę ⁊ eleemoſynę tuę aſcẽderũt in memoriã in cõſpectu dei, ⁊ paulo poſt Pet. loquẽs ait, In veritate com peri, q꞉ non eſt pſonarũ acceptor deus, ſed in omni gente, qui timet eũ. ⁊ opaṫ iuſtitiã acceptus eſt illi, igiṫ Cornelius timebat deũ, ⁊ opabaṫ iuſtitiã, ⁊ ex cõſequẽti opabaṫ bonũ nõ meritoriũ, q꞉ fide ⁊ gra carebat, g̃ moraliṫ q̄re ⁊c. Itẽ peccator põt facere q̄ in ſe ē, ⁊ ſe diſponeṫ ad gr̃ę ſuſceptionẽ vt ĩ p̄cedẽti tractatu pbatũ eſt, ⁊ infra fortius pbabiṫ, igiṫ opa ri bonũ moraliṫ põt. ¶ Alia obiectio.

Diſtinctiõe 26. ⁊ 27. 2. ſenten. Sed iterũ obiciũt moderni heretici in hoc ſequẽ tes Gregorij ariminẽſia opiniones dicẽtes, ad quodlibet opus moraliṫ bonũ, vltra alias circũſtã tias reqriṫ circũſtãtia debiti finis vltimi, q̃ eſt prin cipaliſſima, ſed q̃dlibet opus gẽtiliũ, ⁊ fideliũ caret circũſtantia principaliſſima. ſ. vltimi finis, q꞉ nõ fit principaliṫ pp deũ neqꝫ ordinaṫ ad ipſũ, tãq̃ vlti-

mũ finẽ,q̃ nullũ tale ẽ opus moraliter bonum.

¶ Reſpõdetur,ꝙ nõ oĩs defectus circũſtãtię, facit actũ nõ bonũ moralr̃.ſꝫ effectus circũſtãtię neceſſario reqſitę ad bõitatẽ moralẽ,nũc aũt circũſtãtia vltimi finis,in actu nõ reqrit̃,ad bonitatẽ moralẽ, hoc eſt nõ reqrit̃,ꝙ actus bonus moralr̃ ſemꝑ referat̃ actualr̃ in deũ,q eſt finis vltimus,q: aliq́d citra deũ eſt diligibile ꝑꝑ ſe,vt virtus,ſanitas,⁊ illud põt bene,⁊ moralr̃ diligi,⁊ ꝑꝑ ipſũꝫ aliquis actus elici,⁊ non actualr̃ ꝑꝑ aliũ finẽ.Exẽpli grã,aliqđ bonũ boneſtũ puta,virtus põt amari non cogitato vltimo fine,⁊ ita amari,⁊ apeti ꝑꝑ ſe,põt inſuꝑ. bõ ſm ſuũ dictamẽ recte rõis honorare parẽtes,ſubuenire indigẽtib.⁊ nõ finalr̃ ꝑꝑ deũ, vt fecerũt multi Gręci,⁊ Romãi,de quib.multa hñt̃ a Tito liuio, ⁊ a Ualerio Plutar.⁊ alijs,q̃ egerũt de genere bonoꝝ,ſicut ꝑdicam⁹ Bruti fidelitatẽ, Marci Reguli cõſtantiã,Mucij,⁊ Pitagore paupertatẽ, Uallerij publicole cõtinentiã,Euripidis abſtinentiã,Tullij caſtitatẽ,Thalis mileſij ꝯtẽplationẽ,Socra.patiẽtiã, Plato.ſapiẽtiã,Oratij religionẽ,⁊ alioꝝ ꝑhoꝝ, q̃plurimos morales actus legimus feciſſe,⁊ docuiſſe,de q̄bus lꝫ opus nũc nõ ſit eoꝝ recẽſere geſta, tñ de illis multa legimus ĩ hiſtorijs laudabilia,atq; digna memoratu,opati ſunt q̃ illi multa opa de bonorũ gñe,circũſtãtionata,ſm oẽs circũſtãtias reqſitaſ ad moralẽ bonitatẽ,⁊ lꝫ nõ eſſent finalr̃ ordinata in deũ,tãq̃ vlti.finẽ,erãt tñ opa ſm dictamen recte rõis opata,⁊ ꝑ ꝯñs,moralr̃ bona, aliter opa bona Corne.cẽtu.⁊ illi⁹ Ennuchi cãdacis Reginę, non fuiſſent moralr̃ bona,ex q̄bus tñ meruerũt illuminari,⁊ ſic pꝫ ꝙ circũſtantia vlti. finis nõ neceſſario reqrit̃ ad bonitatẽ moralẽ alicuius operis. Act.8.10.

Solutio principalis obiectionis lutberanoꝝ ¶ His ĝ ſic ſuppoſitis, ⁊ declaratiſ, de facili reſpon det ad principalē bereticoꝝ obiectionē. Angeli.n. mali ⁊ animę damnatę poſſunt babere, ⁊ multoties babēt actus voluntatis bonos ex genere, qm̄ illoꝝ volitio pōt tranſire, immo nōnunq̄ trāſijt ſup obiectum cōueniens, pariter ⁊ eoꝝ odium ſuper cōueniens obiectum. Nā cōueniens obiectū dilectionis eſt bonū, ⁊ cōueniens odij obiectū eſt malū, ⁊ cōtrario, obiectum non cōueniens dilectiōis eſt malum, odij vero bonū. Angeli.n. mali, ⁊ animę dānatę nō perdiderunt bonitatē moralē a deo ꝯcreatā, ⁊ ideo ſicut ego amādo meipſum facio bonū ex genere, qꝛ ego ſum cōueniens obiectū volitionis ⁊ dilectionis meę, qđ idem eſt dicere, amādo meipſum, amoꝛ ille cadit ſuper materiā debitam, ⁊ per ꝯn̄s eſt bonū ex genere, Et quēadmodū, qđ mibi nocet, eſt ꝯueniēs obiectū nolitionis meę, ⁊ odij, ideo nolendo, qđ mibi nocet.ſ.dānū meū babeo actum bonū ex genere, Ita angeli ⁊ animę dānatę amant ſe, ⁊ odio babent pęnā, ⁊ ita tales eoꝝ volitiones bonę dicūtur ex genere. De bonitate vero morali dicendū eſt, qđ licet dānati ex ſua natura poſſent babere actū volūtatis moraliter bonū, illud.n. nō ē eis repugnās. Loquēdo tñ de facto, fatendū eſt eos nūq̄ babere actū voluntatis moraliter bonū. Sed qđ poſſint babere, ſic oſtendit. Habent.n. dānati naturalia integra, ⁊ ex cōſequenti naturaliter inclinātur ad bonuꝫ, omnia enim vt in ſe cōſiderata, efficere poſſunt actū naturę ſuę cōformē. Sed in malis angelis, ⁊ dānatis eſt voluntas, quā cōcomitat natiua q̄dam ad bonum inclinatio, ergo elicere poſſunt actum volūtatis bonum, buic etiā fauet illud Eſaię, qđ vermis eoꝛum

Eſaię.66. nūq̄ morieť. Habere aūt vermē, nō eſt aliud ī proſ

poſito, quã triſtari de peccatis cõmiſſis, igit̃ dãnati triſtãtur de eoꝝ peccatis cõmiſſis. Triſtari autem de peccato cõmiſſo, eſt actus quoquõ in ſe bonus: ⁊ ibi ſiſtendo nulla eſt circũſtantia mala. Poſſunt ẽt huiuſmodi actum elicere cũ aliq̃ circũſtantia mora li, ⁊ ita habere aliq̃ bonitatẽ moralem, ſi in bona cir cũſtantia manerent. Cum igit̃ habeant libertatem ſiſtendi in actu aliquo bono, ſequit̃ qđ dãnati, quã tum eſt ex ſe, poſſunt bene vele, ⁊ non eſt neceſſe, qđ ſemꝑ habeãt malã volitionẽ (vt forte aliqui ſine ra tione putant,) Probabile tñ videt̃ (qđ ⁊ ego equi dem fateor) actus dãnatoꝝ eſſe ſemꝑ moraliter ma los, q̄ ſequũtur ſuã maliciã, ⁊ in ſuis actibus inclu dunt odium dei, quare eoꝝ actus ſunt ſemꝑ mora liter mali, Illud autẽ nõ eſt ꝑp carentiã libertatis. Sed q̄ maliciã malunt ſequi, quã natiuam inclina tionem, q̄ elicere poſſunt actus bonos, ⁊ licet volũ tas libera ſit, ⁊ ad bonũ ex ſua natura inclinet̃, põt tñ ita ſe ad maliciã flectere, vt ſemꝑ exeat in actu ma litię, de bono vero meritorio, claret qđ nulli dãna toꝝ poſſunt elicere actus meritorios ex ſui arbitrij libertatẽ, cum in perpetuũ careant dei gr̃a, quã ẽt nec deus dare põt de lege ſua ordinata, ſecus eſt de lege abſoluta, dãnati igit̃ non poſſunt habere gra tiã, non qđ gr̃a ipſis repugnet ex natura eoꝝ, ſua ꝑte.n. natura capaces ſunt gratię. Sed ea de re nõ poſſunt habere eam, q̄ deus (ſtãte ſuo ordine) nõ põt ſuã gratiã cõferre dãnatis. Licet eam abſolute poſſit illis dare, at deus ſuum ordinẽ nõ trãſgredi tur. Dei autẽ ordinẽ de dãnatis expꝛ̃ſſit Eſaias.ca. Eſaię.65.

Ignis eoꝝ nõ extinguet̃, ⁊ vermis eoꝝ nũq̃ morief̃,

⁊ Matth. Ibunt hi in ſupplicium ęternũ, iuſti autẽ in Matth.25.

vitã ęternã. Ex quibus cõſtat nũq̃ deũ daturũ fore

gratiā dānatis, vel pęnā beatis, ⁊ ideo dānati effi- cere nequeūt bonū meritoriū.

Corrolariū ¶ Ex his igit̄ oibus ſupradictis tandē cōcludimus, dānatos nō ſemꝑ neceſſitari ad male volendū. ſed hn̄t libertatē habendi: ⁊ frequēter hn̄t actū ex gn̄e, necnō poſſent etiā bene agere moralit̄, ſi vellent agere ſimpliciter, inſequentes inclinationē nālē, depo nentes malitiā, cui fixi ſunt, ⁊ inijciūtur ſemꝑ, ⁊ ſi dānati poſſunt non agere malū, ⁊ ſępe agere bonū, ſaltē ex gn̄e. Multo magis hō ī vita mortali pōt nō agere malū, imo opari bonū, cui deus nūq̄ deeſt.

Beati ſunt liberi. ¶ Beati parit̄ hn̄t libertatē nālē, ſi igit̄ in ea relicti eēnt ꝓfecto poſſent peccare, de facto tñ nūq̄ peccant, qm̄ eoꝝ volūtas, vſq̄ adeo determinata eſt, vt nō niſi ea q̄ deo placita ſunt appetat. ꝙ ab hoc eorū decreto beati nūq̄ auertūtur, deus ꝑterea cōſeruat eos, ita ſuę volūtati alligatos, atq̄ illoꝝ felicitatem diuturnā ac ꝑpetuā reddit, ⁊ ea lege peccarꝫ nō poſ ſūt, itidē dico, ꝙ beati memoriā hn̄t ſuoꝝ peccatoꝝ (ſi aliq̄ſi peccauerūt) ⁊ de illis triſtitiā haberēt, ſi in ſua naturali libertate relinquerētur. Sed iccirco nō triſtātur, q2 deus perpetuā facit eoꝝ beatitudinē, q̄ aliq̄ triſticiā nō admittit, ⁊ ſic euidēter conſtat ex hac noſtra prima ratione quēlibet hominē naturaliter habere liberum arbitrium.

¶ Pro eodem libero arbitrio: ſecūda principalis ratio demōſtratiua.

QUicquid poteſt intellectus ſuapte natura, circa quodlibet obiectum intelligibile, pōt ⁊ volūtas circa quodlibet obiectū ſuū appetibile, ſeu diligibile, vel odibile. Sed itellectus humanus poteſt quodlibet obiectū intelligibile, naturaliter itelligere, ergo voluntas pōt circa quodlibet obiectum

ſuum vele ⁊ nole, ⁊ vltra, ergo quodlibet tã bonum quam malũ poteſt vele ⁊ nole, ⁊ per cõſequens, ha- bet libertatẽ ad oppoſitos actus.ſ.vele ⁊ nole, ⁊ pa riter ad oppoſita obiecta, ⁊ deinũ ad producẽdũ op poſitos effectus. Maior patet de ſe, quia ſicut ſe ha bet vna potẽtia ad ſuum obiectum, vt puta poten- tia viſiua, ad omnes colores, ita ſe habet alia poten tia ad ſuũ ꝓpriũ obiectuꝫ, vtputa potentia auditi- ua, ad omnes ſonos, ⁊ guſtus ad omnes ſapores, ita in ꝓpoſito, ſicut ſe hẽt intellectuſ ad ſuũ obiectũ intelligibile, ſic pari rõe volũtas ſe debet habere ad ſuũ obiectũ bonũ vel malũ, diligibile vel odibile.

¶Minor ẽt probaẗ longo ſed delectabili diſcurſu, Nam intellectus humanus, ex nãli quadã ratioci- natione poteſt cognoſcere deũ eſſe, ſic diſcurrendo, aliqua res ẽ cauſata vel facta, aut ergo ẽ facta a nul lo, vel a ſeipſa, vel ab alio. Nõ a nullo, q2 nihil nul- liuſ eſt cauſa, neqꝫ a ſe, q2 nihil facit ſeipſuꝫ, ergo fa cta ẽ ab alio, de quo vlterius quero, vel illud aliud eſt factum, vel non factum, ſi non eſt factum, ergo dare oportet cauſam non cauſatam, vel factam. Si autem illud factum eſt, quero vt prius, aut factum ⁊ cauſatum eſt a nullo, vel a ſeipſo, vel ab alio, non a nullo, neqꝫ a ſeipſo, ergo ab alio.

¶Item adhuc quero de illo alio, vel eſt cauſatum ⁊ factum, vel non eſt factum. Cum autem in cauſis eſſentialiter ſubordinatis non ſit procedendum in infinitum, deueniendum erit tandem ad vnum pri mum efficiens, quod non erit cauſatum, vel factuꝫ ab alio, ergo habet eſſe a ſe. Sed tũc vlterius diſ- ſcurrendo ſequitur, quod illud primum efficiens non cauſatum, non etiam habet cauſam finalem ex- tra ſe, ad quam ordinetur (quod ſic oſtenditur.)

Primuſ nã liſ diſcurſuſ de deo, vtu te itellect⁹.

Nam ſi alicuius rei datur finis: hoc ſolū fit, vt mo⸗ ueatur agens, ſeu efficiens illius rei. Cū ergo non detur cauſa agens primi efficiētis, neq̄ʒ etiā danda eſt cauſa finalis ipſius ad quā habeat ordinē. Pre⸗ terea adhuc diſcurrēdo ſequit̄, nullū primū efficiēs icauſabile, habet materiā ⁊ formā, vt pʒ.8.phiſico rū, ſed deus ē primū efficiens icauſabile, ergo deuſ caret materia ⁊ forma, ⁊ vltra ſic per diſcurſuʒ pce⸗ ditur, qđ eſt omnino nō cauſabile, non pōt cōponi ex actu, ⁊ potētia, ſic qđ prius fuerit in potētia, quā eſſet in actu, ſed primū efficiens eſt omnino nō cau ſabile, q2 nō habet cauſam efficientē, a qua fiat, cuʒ ſit primū, nec finalē, nec materialē, nec formalē, er⸗ go neq̄ʒ eſt etiā cōpoſitū; ex actu, ⁊ potētia, ⁊ ſic ęter nū nō cōpoſitū, neq̄ʒ aptuʒ cōponi cū alio ⁊c. Oēs ęquidē diſcurſus p̄dicti ſunt naturales, ergo ex pro prietate naturali intellectus ↄiunctus corpori mor tali cognoſcere valet, qđ datur prima cauſa nō cau⸗ ſabilis a ſe, ſpiritualis, ſimpliciſſima, puriſſima, a nullo dependens, quā quideʒ primā cauſam deum vocamus, ergo virtute naturali, pōt hō mortalis co gnoſcere iſtam veritatē, deus eſt, ⁊ ſi igit̄ pōt cogno ſcere, hoc intelligibile, qđ eſt maxime difficultatis, tāto magis poterit cognoſcere ſuapte natura, quod libet, aliud, qđ eſt minoris difficultatis, ⁊ ſic ex iſto principali diſcurſu, pʒ veritas minoris ⁊c.

Alius nālis diſcurſus p intellectuʒ.

¶ Sed vt iterū ſciamus, quāta ſit vis intellectus humani. Dico.2.qđ lumine naturali adiuti etiam cognoſcere poſſumus, tantū eſſe vnū deum, ⁊ vnuʒ primū motorem, Nā claret.8.phiſicoꝝ. primo ⁊.2. cęli, immo ratio demōſtratiua docet, tantū eſſe vnū primū mobile, ingenerabile, ⁊ incorruptibile, natu⸗ raliter, inauguētabile, indiminuibile, ⁊ inaltera⸗ bile, qđ

bile,qđ neq̧ a medio,neq̧ ad mediũ, ſed circa me=dium mouet̃,⁊ hoc primũ cęlũ cũ ſit regio ethęrea lucida, a variatione omni ſua immutabili eſſentia immunis exiſtens,vno tantũ motu cõtinuo circu=lariter incedit,ab oriente.ſ.in occidentem,ad cuius motus vnitatẽ,ſequitur vnitas primi motoris,⁊c.

¶ Item,hoc idẽ etiã alio naturali diſcurſu,ſic oſtẽditur,q: vel tantũ eſt vnus motor, aut ſunt plures motores,ſi tantũ vnus motor habet̃ propoſitũ:ſi ve ro plures,aut quilibet eſt cauſa ſufficiens,⁊ totalis ipſius motus cęli,aut nõ,ſi nõ,ergo nullus illorũ erit prima cauſa,neq̧ primus motor, qđ eſt ꝯtra ſu perius dicta:ſi ſic.ſ.qđ quilibet ſit cauſa ſufficiens, ergo alij motores erũt fruſtra, q: ẽt impoſſibile eſt naturaliter vnũ ⁊ eũdem effectũ poſſe produci adi=uerſis cauſis,ſufficiẽtibus ⁊ totalib.Cũ igit̃ tantũ ſit vnus primus motus circularis cęli,cauſa omniũ motuũ iſtoꝝ inferioꝝ,tãtum erit vnus primus mo tor cauſa omnium effectuum.

Tm̃ vnus deus eſt.

¶ Tertio dico,qđ intellectus noſter ſuapte natu=ra nõ tantũ cognoſcere valet,deũ eſſe,⁊ tm̃ vnũ deũ: ⁊ vnũ primũ motorẽ eſſe,verũ etiã ſuo lumine nãli cognoſcere põt,deũ eſſe infinitũ in virtute, ſeu infi niti vigoris,ꝑ quo ſit iſtę diſcurſus. Qđ hẽt eſſe a ſe,accipit oĩa,q̃ ſibi cõuenire poſſunt,ſed deus,cum ſit incauſabilis,⁊ indepẽdens hẽt eſſe a ſe,ergo ha bet ⁊ accipit oĩa,q̃ ſibi cõuenire poſſunt, ſed deo cõ uenit infinita virtus,igit̃ eſt infinitę virtutis ⁊ vi=goris,⁊ hoc idem atteſtat̃ phs.8.phyſi. qui mere na turaliter locut⁹ ẽ cõcludẽdo ex infinita virtute pri mũ mouens mouere tẽpore infinito. Hęc aũt infi=nita virtus,rebus cauſatis attribui non põt,quare cõſequẽs eſt illã attribuẽdã eſſe tm̃ rei in cauſate.ſ.

Deus ẽ infi niti vigoris

ipſi deo. Quid eſt igit̃ dicere primũ efficiẽs oĩno in cauſabile, habẽs infinitã virtutẽ quo nihil eſt p̃ſtã tius, cui nullũ eſt equale, niſi deũ exprimere. Simi les aũt diſcurſus ſunt nãles, ergo ex puris nãlib. abſq; diuina mentiũ illuſtratione põt humanus in tellectus, ⁊ ſcire deũ eſſe, ⁊ tm̃ vnũ deũ eſſe, ⁊ deum eſſe infiniti vigoris, ⁊ ſic nihil eſſe maius deo vel eq̃ le illi, necnõ ⁊ cognoſcere ſumã ſimplicitatẽ, eterni tatẽ, ⁊ bonitatẽ dei, ⁊ p ↄñs quodlibet aliud intelli gibile, qđ minus ẽ, cognoſcere valet, ⁊ de hoc q̃ppe

Ro.1. nullus mirari debet, Ait.n. Apl's. Inuiſibilia dei a creatura mũdi, p ea q̃ facta ſunt intellecta ↄſpiciũt. ſempiterna quoq; eius virt⁹ ⁊ diuinitas ⁊c. Quare ex hac demõſtratiua ⁊ euidẽtiſſima rõe cõcludẽdũ ẽ, volũtatẽ circa quodlibet ſuũ obiectũ poſſe opari, ⁊ eſſe liberã. Põt nẽpe vele ⁊ nole bonũ, vele ⁊ nole malũ, ⁊ poſt vele, nole, ⁊ ecõuerſo, ⁊ ſic libera eſt ad oppoſitos actus, ⁊ ad oppoſita obiecta, non minus q̃ ad oppoſitos effect⁹. Ignorãtia nẽpe rerũ nãliũ, necnõ ⁊ circa ſcripturarũ diuinarũ ĩtelligẽtiã, facit nõ tm̃ Lutheranos, ſed ⁊ q̃pluri̇mos eoꝝ ſequaces valde neqter errare, ex dictis ergo p3 euidẽtiſſime, qđ ſi intellectus põt opari circa quodlibet ſuũ intel ligibile, ita pari rõe volũtas, circa quodlib3 ſuũ ob= iectũ tã bonũ q̃ malũ libera erit ad operandũ ⁊c.]

¶ Tertia demõſtratiua ratio.

TErtio principaliter inſto, per teſtimonia veteris teſtamenti, ex quibus formatur rõ ad demon= ſtrandũ, dari liberũ arbi. tã ad bonũ, q̃ ad malum, ſigillatim, ⁊ ad bonũ, ⁊ ad malum ſimul.

¶ Primo ait dñs ad Chaim. Nõne ſi bene egeris recipies? ſi autem male ſtatim in foribus peccatum

Geñ.4. tuũ aderit, ſed ſub te erit apetitus eius .ſ. peccati, ⁊

tu dominaberis illius. Ecce qualiter deus a princi-
pio dedit homini libertatē ad bene, ⁊ ad male ope-
rādū, ⁊ ſubiecit apetitū peccati dominio volūtatis.
¶ Secūdo hoc idem cōfirmat ſapiēs.d. Deus ab
initio cōſtituit hominē, ⁊ reliquit illū in manu con
ſilij ſui, adiecit mādata ⁊ pcepta. Si volueris man Eccle. 15.
data cōſeruare, mādata ꝯſeruabūte te. Appoſuit tibi
aquā, ⁊ ignē, ad quodcūqꝫ volueris porrige manū
tuā, ante hominē vita ⁊ mors, bonū ⁊ malū, qđ pla
cuerit ei, dabitur ei ⁊c. Certe nihil expreſſius deli-
bero arbitrio loqui poterat ſapiens ⁊c.
¶ Preterea ait dñs in Deut. Mandatū qđ ego pci
pio tibi hodie nō eſt ſupra te, ſed iuxta te eſt ſermo
valde ī corde tuo, vt facias illū. Cōſidera, qđ hodie
propoſuerīs in cōſpectu tuo vitā ⁊ bonū, ⁊ contra Deut. 30.
mortē, ⁊ malū, infra, teſtes inuoco hodie cęlū ⁊ ter-
rā, qđ ꝓpoſuerīs vobis vitā ⁊ bonū, benedictionē,
⁊ maledictionē, elige ğ vitā, vt tu viuas ⁊ ſemē tuū,
ex hac quippe authoritate ꝯtra falſas Lutheranoꝝ
opinionē tria maniſeſtiſſime concluduntur.
¶ Primū qđ in poteſtate hoīs ē obſuare diuina p
cepta, cuiꝰ oppoſitū ipſi diabolice aſſerūt. Secūdū Fortiſſ. rō
qđ ꝓponiť homini vita ⁊ bonū, ac benedictio, q̄ ad in Luthe.
grãs gratū facientē ptinet, mors ⁊ malū, ac maledi
ctio, q̄ pc̄tū aīę ⁊ ſeparationē a diuia grã iportāt.
Tertiū quod in libertate hominis eſt eligere illoꝝ
vnūquodqꝫ oppoſitoꝝ, prout ſibi placet, electio nē
pe includit libertatē arbitrij ideo ⁊c.
¶ Jtē dñs p Eſai. ait. Si volueritis ⁊ audieritis Eſaię. 1
me, bona terrę comedetis, qđ ſi nolueritis, ⁊ me ad
iracūdiā ꝓuocaueritis, gladius deuorabit vos, ecce
qualiter ex his verbis claret, qđ in libertate homi-
nis eſt, vele audire, ⁊ nole audire deum.

Hiere.21. ¶ Preterea hoc idem cõfirmat Hiere. dicens. Hec
dicit dñs. Ecce ego dedi ante faciẽ veſtrã viã vitę,
⁊ viã mortis, hoc eſt oſtendi vobis viã, per quã po-
teſtis ire ad vitã, ⁊ aliã viam. per quã poteſtis cur-
rere ad mortem.
Hiere.8. ¶ Sexto ille idem ſupra dixerat, ⁊ eligent magis
mortem quã vitã, oẽs qui reſidui fuerint de hac co
gnatiõe peſſima, electio (vt dixi) arguit lib. ar. igr.
¶ Amplius ſaluabit inocens, ſaluabit aũt imũdi-
Job.22. cia manuũ ſuarꝫ .i. operationũ ſuarum.
¶ Itẽ optio data eſt iudeis, an deum ſequi velint
2.Reg.24. Joſuę pariterqꝫ dabit eligendi plagam, ex tribus.
Nũ.30. Necnõ ⁊ optio data eſt viro, i voto vxoris, vt in nu
meri libro habet modo optio, ſeu electio, nulla eſt
neqꝫ eſſe poteſt, niſi adſit liberũ arbi. igit ⁊c.
¶ Proinde ait ſapiens. Beatus vir, qui inuentus
Eccle.31. eſt ſine macula, ⁊ qui poſt aurũ nõ abijt, nec ſpauit
in pecunię theſauris, qs eſt hic ⁊ laudabimus eũ
fecit.n. mirabilia in vita ſua ⁊c. ⁊ infra, qui potuit
trãſgredi, ⁊ nõ eſt trãſgreſſus, facere mala ⁊ nõ fe-
cit, ecce quomõ hõ habet libertatẽ bene faciẽdi, nec
nõ poteſtatẽ trãſgrediẽdi ⁊ nõ trãſgrediẽdi, facere
mala ⁊ non facere ergo ⁊c.
Eſaię.56. ¶ Itẽ Eſaias volens oſtendere libertatẽ hominis
admodũ ait. Feciſtis mala qm̃ potuiſtis, ⁊ i ꝓuer.
Prouer.1. Vocaui ⁊ renuiſtis, extẽdi manũ, ⁊ nõ fuit q aſpice
Pſal.50. ret. Dauid aũt volẽs oppoſitã oſtẽdere libertatẽ .ſ.
ad bonũ dixit. volũtarie ſacrificabo tibi, ⁊ cõfitebor
nomini tuo dñe quoniã bonũ eſt, ⁊c.
Pſal.107. ¶ Et rurſus. Paratũ cor meũ de⁹ paratũ cor meũ.
Nõ.n. diceret ꝓpħa paratũ cor meum, niſi prius ha
buiſſet libertatẽ parandi, quapp ⁊ paulopoſt. Sub
Pſal.10.18 infert. Anima mea in manibus meis ſemp. i. vires

vel operationes anime semp sunt in potestate mea, Possent ⁊ alie q̄plures adduci authoritates veteris testamēti,idē ꝓbantes.sed iste sufficiāt.Nō.n. multiplicitas diuinaꝝ scripturaꝝ authoritatū in rebus credibilibus maiorē causat,vel exhibet fidē,q̄ vna sola authoritas veteris, vel noue legis, recte adducta,⁊ sane ītellecta sit sufficiētissima ad probādū catholicā quālibet cōclusionē,adducūtur tamē in ꝓposito multa scripturaꝝ testimonia,ad maiorē modernoꝝ hereticoꝝ cōfusionē,vt nō tm̄ vno, sed ⁊ q̄plurimis dei ⁊ ꝓphāꝝ dictis cōfundatūr.

¶Quarta per testimonia noui testamenti ratio.

QVarto principaliter argumētatur, noue legis authoritatib.q̄ plurimū nobis patrocināntur, primo nēpe ait xp̄s in Euangelio Matthei. Si vis ad vitā ingredi,serua mādata,cū multis similibus, ergo seruare mādata est in potestate nr̄a. Aliter quilibet posset dicere.Dn̄e nō est in potestate mea seruare mādata tua. Quō ḡ dixisti,si vis ad vitā ingredi,serua mandata?igitur ⁊c. Matth. 19.

¶Secūdo ille idē subdit. Hierusalē quoties volui cōgregare filios tuos, quēadmodū gallina congregat pullos suos sub alas, ⁊ noluisti, ergo deus vult,⁊ hō nō vult,sicut supra cap.22.dixerat. Multi sunt vocati pauci vero electi, vocati siquidem ad grās,⁊ ad paradisi gloriā,sed pauci electi, nō ex defectu dei,qui vult oēs homines saluos fieri.ergo ex defectu hominis,qui ponit obicē volūtati diuine, hoc est per liberū arbi.resistit eius vocationi. Matth.23. Matth.22.

¶Preterea ēt seruus ille, qui acceperat quinqȝ talenta,ꝓut scribitur Matth.25.Dixit dn̄o suo.Dn̄e quinqȝ talenta tradidisti mihi,ecce alia quinqȝ super Matth .25.

lucratus ſum. Lucrari quippe nõ potuit, niſi ex li-
bero arbitrio actiue cõcurreret, alioquin diceret ſe
decem talenta accepiſſe tm̃, cui concordat Pau. ad
Corinthios. di. Abundantius omnibus laboraui.
Non ego. ſ. tantum, ſed gratia dei mecum, ſimul er
go operatur liberum arbi. ⁊ dei gratia.

Joãnis. I. ¶ Itẽ in euãgelio Joã. ſcribit, qđ xp̃s dedit pote
ſtatẽ filios dei fieri, ijs qui credũt in noĩe eius ⁊c.
fit aũt quiſq; dei filius p actũ credendi, ⁊ per adop
tionis grã3. Poteſtatẽ igit̃ habemus agendi aliqđ
bonũ. ſ. credendo, p qđ puenimus ad dei grã3, qđ
eſt. n. habere poteſtatẽ filios dei fieri ? niſi habere li
bertatẽ credendi in noĩe eius ? ⁊ hoc idẽ confirmat
Luc. 17. dñs. d. Regnũ dei intra vos eſt. ſ. xp̃m vel eius grã3
habetis in poteſtate vr̃a, ſi vultis credere. Amplius
xp̃s dixit paralitico, exiſtẽti ad piſcinã. 38. ãnos ha-
bens in infirmitate ſua, vis ſanus fieri, vt habetur
Joãnis. 5. Joan. 5. Ipſe. n. quos ſanabat corpore, ſanabat etiã
mente. Sanatio aũt mẽtis, fit p remiſſionẽ pc̃to℞,
⁊ infuſionẽ grę, nec ignorabat xp̃s deſideriũ ſani-
tatis, qđ habebat ęgrotus ille. Sed q̃rit de volũta
te eius, vt oſtenderet, qđ deus ƀm legẽ ordinatam,
nõ põt cõferre pctõi adulto grã3, niſi per aliquẽ3
actu3 in mente p̃cedentẽ, qui pducit̃ a libera volũ
tate, ⁊ talis actus eſt bona q̃dam hominis diſpoſi-
tio ad grã3. Latro inſup ĩ cruce cui dictũ eſt, hodie
mecũ eris in paradiſo, ſuo℞ pctõ℞ pęnitudinẽ ha-
buit, ⁊ deteſtationem, q̃ eſt actus liberę volũtatis.
Acceptauit etiam ſuſpendiũ, ⁊ morte3 illam, tanq̃
ſuis peccatis cõuenientem, quapropter alteri latro
ni dixit. Neq; tu times deum, qui in eadẽ dãnatio
ne es ? ⁊ pp tales actus, cũ dixit. Memẽto mei do-
mine dum veneris in regnũ tuũ. Reſpondit ei xp̃s.

Hodie mecum eris in paradiſo ꝛc.

¶ Proinde Diuus Apoſtolus Pau. ad Corinth. inquit, Spiritus ꝓphetarū ꝓphetis ſubiectus eſt, ꝛ infra cap. 17. ait. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, nō habens neceſſitatē. Poteſtatē autē habens ſuę voluntatis, Ecce Luther inſanus imponit neceſſitatem, Pau. vero negat, Luther negat voluntatis libertatem, Pau. autē aſſerit, cui ergo credere debemus? vide inſuper illud qđ. 2. Corint. 9. habetur, vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo, nō ex triſtitia, aut ex neceſſitate, ꝛc. 1. Cor. 14. 1. Cor. 17. 2. Cor. 9.

¶ Sed quid amplius loquar? profecto ſi libero caremus arbitrio, ꝛ omnia abſoluta neceſſitate eueniunt, ad quid orare igiť debemus? ꝛ ꝑcibus implorare auxiliū? Quid proſunt ꝯſilia? admonitiones, perſuaſiones, illuminationesue: ꝛc. Pereunt népe leges, iura, ſtatuta, ꝑcepta, nam hęc omnia libertatem exigunt. Nulla ſiquidem debentur ꝑmia virtutibus. Nullę pęnę vitijs, quid abſurdius? in ſumma omnia hęc ſunt flagitia, ꝛ ſcelera, impietates, ac blaſſemias inferre in deum. Concludiť ꝓpoſitū cōtra Luthe.

¶ Sed ſi dicat hęreticus. Juda ineuitabili neceſſitate proditionem cōmiſit, pariter ꝛ Petrus, non per ſuam libertatem ſed neceſſitate coactus negauit Chriſtum, propterea quia dixerat ei dominus, ante quā gallus cantet, ter me negabis ꝛc. Obiectio lutheranoꝝ.

¶ Reſpondendum eſt, quod neq; diuina ſcriptura, neq; Chriſti verba, ſeu dei cognitio, ꝛ viſio, neceſſitatem aliquā arguunt in rebus ad extra, neq; libertatem auferunt ab hominibus, quin poſſint bene vel male operari, prout clarius videbitur in tractatu de prędeſtinatione, ſtat quippe pręſcientia dei cum contingentia iſtorum inferiorum, Reſpōſio.

Quapropter licet dixerit xp̄s Petro, anteq̄ gallus cātet ter me negabis, eo q̄ ab eterno agnouerat eius negationē, non tñ ſequit̃, ergo de neceſſitate negabit, imo libere ⁊ cōtingēter, ⁊ licet iſta ꝯña ſit bona xp̄s dixit Pet. tu me negabis. ergo Pet. negabit ipſum. tñ iſte due ſtant ſimul Pet. negabit xp̄m, ⁊ Pet. pōt nō negare xp̄m, q: vna ē neceſſaria, ⁊ alia cōtingēs, q̄ nō repugnāt adinuicē, ⁊ ſi iterū dicas, oē poſſibile pōt poni in eſſe, ſi ergo iſta eſt poſſibilis, Petrus pōt nō negare xp̄m, poſtq̄ xp̄s ꝓtulit verba, ponat̃ in eſſe. ſ. qđ nō neget xp̄m. ergo xp̄s dixit falſum, dico ad maiorē q̄ oē poſſibile pōt poni in eē, dūmodo nō repūgnet poſito, modo iſta. ſ. Pet. pōt nō negare xp̄m, licet ſit poſſibilis, ⁊ p ꝯñs, vera, ⁊ neceſſaria, nō tñ pōt poni in eſſe, vt videlicet Pet. nō neget xp̄m, q: repugnat verbis xp̄i, ⁊ eodēmodo dicēdū eſt de ꝓditione iude ⁊c. Queadmodū. n. xp̄s nō neceſſario ſed cōtingēter dixit Pet. anteq̄ gallus cantet, ter me negabis, ita Pet. libere ⁊ cōtingēter negauit illum ⁊c.

Hiere. 2. ¶ Cōfirmat̃ inſup repōſio, p illud Hiere. Arguet te malitia tua, ⁊ auerſio tua increpauit te.

Oſee. 13. ¶ Preterea ait dñs p Oſeā ꝓphā. Perditio tua Iſrael tñmodo in me auxiliū tuū, ergo malitia, ac auerſio, pariter, ⁊ perditio non ex neceſſitate, ſed ex libertate venit voluntatis.

2. thimo. 3. ¶ Itē Pau. ad Thimo. ait. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendū, ad arguēdū, ad corripiendū, ad erudiendū in iuſtitia, vt pfectus ſit hō dei, ad omne opus bonū inſtructus ⁊c. ſi oīa neceſſario fiūt. qd ꝓdeſt docere, arguere, corripere, erudire ⁊c. q̄ hec oīa libe. arb. pſupponūt: quare ⁊c. ⁊ iſta pro quarto argumento ſufficiant.

¶ Demõſtratiua quinta principalis rõ.

Ex ſuperioribus dictis manifeſtiſſime oſtenſum eſt, hominẽ habere liberũ arbi. tam ad bonũ, q̃ ad malũ. Nunc vero magis ad intentionẽ oſtendendum eſt, dari liberũ arbi. principaliter ad bonũ, ſeu ad bene operandũ pro quo ſic arguo. Quilibet hõ adultus, aut eſt in grã, aut in peccato mortali, qm̃ grã & peccatũ, ita immediate opponũtur, qđ nõ eſt dare mediũ. Si. n. eſt in grã, claret qđ ipſe põt peccare, vt pꝫ de Petro, & multis alijs, ergo habet libe. arbi. ad peccandũ. Si autẽ eſt in peccato mortali, ipſe ex ſuo libero arbi. (ſtante ſemp̃ gñali influẽtia dei, qua vocat oẽs homines ad pęnitentiam, & vult eos ſaluos fieri) põt facere qđ in ſe eſt, pęnitentiaꝫ agere, & ſe diſponere ad grę ſuſceptionẽ, igiť qlibꝫ hõ tam in grã, q̃ extra grãꝫ habet libe. arbi. tam ad bonũ q̃ ad malũ, cõſequẽtia eſt clara. Prima pars antecedẽtis de ſe eſt nota, q2 aliter hõ exiſtẽs in grã ſm̃ ſuaꝫ naturã, eſſet impeccabilis, qđ eſt manifeſte falſum. Sed ſecũda pars antedẽtis probatur multis ſcripturarum teſtimonijs. Optima rõ p̃ libe. arb.

¶ Primo nẽpe ait dñs, per Ezechielẽꝫ. d. Si impius egerit pęnitentiã de peccatis ſuis, q̃ opatus ẽ, feceritq; iuſtitiam, & iudiciũ, vita viuet & nõ morieť &c. Claret qppe ex authoritate illa, qđ deus loquiť de impio exiſtente in peccato mortali, & ex ꝯſequẽti, priuato grã gratũ faciente ergo talis põt agere pęnitentiã, qđ vero poſſit facere qđ in ſe eſt: pꝫ p̃ illud qđ immediate ſequiť. ſ. feceritq; iudiciũ & iuſtitiaꝫ, naꝫ facere iudiciũ, eſt ſeipſuꝫ accuſare: ſe q̃ iudicare reuꝫ: nec nõ a peccatis ceſſare. Facere auteꝫ iuſtitiã eſt deuꝫ iuſtũ appellare, iuſte ue iudicare: ac opa iuſtitię opari &c. Quod autẽ põt ſe diſponere ad grę Ezechi. 18.

ſuſceptionē, liquet nimirū, p verba q̄ circa finē capi tuli ſubdit dñs .d. Proijcite a vobis oēs iniqtates veſtras, in quibus p̄uaricati eſtis, ⁊ facite vobis cor nouū, ⁊ ſpiritū nouū, Et quare moriemini domus Iſrael? q2 nolo mortem morientis dicit dñs deus. Reuertimini igitur, ⁊ viuete. Quid, n. voluit dñs per huiuſmodi verba dicere? niſi illud idem qđ ait
Ephesi. 4. Pau. ad Ephe d. Renouamini ſpiritu mentis veſtrę, ⁊ induite nouū hominē, qui ſm deum creatus
Ro. 13. eſt, in iuſtitia, ⁊ ſanctitate veritatis, ⁊ Ro. 13. Abijciamus ergo opera tenebrarum, ⁊ induamur arma lucis, ſicut in die honeſte ambulemus. Quod etiam
Ezechi. 18. iuſtus exiſtens in gr̄a poſſit ex ſuo libero arbi. operari malū, ⁊ peccare, euidenter patet, per illud, qđ ibidem hētur. ſ. ſi autem auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, ⁊ fecerit iniquitatē ſm oēs abominationes, q̄s operari ſolet impius, nūquid viuet? quaſi dicat nō. Ergo ex dictis luce clarius cōſtat, qđ quilibet homo cōſtitutus in gr̄a, ex ſuo libero arbi. poteſt mortaliter peccare, ⁊ operari malū, necnon ⁊ oīs talis exiſtens, extra gr̄a3 pōt penitere, ſtante ſola gn̄ali influētia dei, facere qđ in ſe ē, opari moralit̄ bonū, ⁊ ſe diſponere ad grę ſuſceptionē, qđ erat an̄s probandū, igit̄ ɔtra ipſos hęreticos cōcludit̄, neceſſario dari liberū arbi. tā ad bonū quā ad malū ⁊c.
Hiere. 3. ¶ Pręterea etiā dñs p Hiere. ait. Cōuertimini filij reuertētes. ⁊ ſanabo cōtritiones vr̄as, ⁊ ille ide3.
Hiere. 18. Reuertat̄ iam vnuſquiſq3 a via ſua mala, ⁊ meliora
Idem. 21. facite ſtudia vr̄a. Et ifra. Hęc dicit dñs. Ecce ego dedi ante faciē veſtrā viam vitę, ⁊ viam mortis ⁊c.
Hiere. 18. ¶ Amplius idem dñs, etiā p Hiere. inquit. Si penitentiā egerit gens illa a malo ſuo, qđ locutus ſu3 aduerſus eam, agā ⁊ ego penitentia3 ſup malo, qđ

cogitaui vt facerē ei, adhuc ꝛ infra cap. 25. Reuerti- Idem. 25.
mini vnuſquiſq; a via ſua mala, ꝛ a peſſimis cogita
tionib. veſtris, ꝛ habitabitis ī terra, quā dedit dñs
vobis pr̄ib. vr̄is a ſeculo, ꝛ vſq; in ſeculū ꝛc.
¶ Itē Nolo mortē impij, ſed vt cōuertat̄ impius
a via ꝛ viuat. cōuertimini igit̄ a vijs vr̄is peſſimis
Ezechielis. 33. Et inſup dñs per eūdem ꝓphetā ali Ezechie. 23
bi ait. Et ſi dixero impio morte morieris, ꝛ ipſe ege
rit pęnitentiā de pc̄tis ſuis, vita viuet ꝛ nō morief.
¶ Proinde Sapiens ait. Ne tardes cōuerti ad do Eccle. 5.
minum, ꝛ ne differas de die in diem. Subito. n. ve
niet ira illius, ꝛ in tempore vindictę diſperdet te, ꝛ Idem. 17.
infra capite. 17. Conuertere ad dominū, ꝛ relinque
peccata tua. Precare ante faciem domini, ꝛ minue
offendicula, Reuertere ad dominū, ꝛ auertere ab
iniuſticia tua ꝛc.
¶ Rurſus Tobias loquēs ad peccatores clamat. Tobię. 11.
Conuertimini itaq; peccatores, ꝛ facite iuſtitiā co=
ram domino, credentes quod faciat vobiſcū miſe=
ricordiam ſuam ꝛc.
¶ Item Jonas predicans pęnitentiā, ꝛ ſubuerſio Ionę. 3.
nem Niniuę ciuitatis ait vna cum principibus ſuis
Rex. Cōuertatur vir a via ſua mala, ꝛ ab iniqtate,
quę eſt in manibus eoꝝ, Quis ſcit ſi conuertatur ꝛ
ignoſcat deus, ꝛ reuertatur a furore irę ſuę ꝛ non
peribimus ꝛc.
¶ Preterea ait dñs. vt Paralipomenō ſcribit̄. Si 2. Parali. 7
clauſero cęlū ꝛ pluuia nō fluxerit, ꝛ mādauero, ꝛ p̄=
cepero locuſtę vt deuorēt terrā, ꝛ miſero peſtilētiā
in populū meū, conuerſus aūt populus meus, ſup
quos inuocatū eſt nomen meū, depcat᷒ me fuerit, ꝛ
exq̄ſierit faciē meam, ꝛ egerit pęnitentiā a vijs ſuis
peſſimis, ego exaudiam de cęlo ꝛc.

Zacha.1. ¶ Inſuper idem dñs per Zachariã clamat: Cõuertimini ad me: ⁊ ego ↄuertar ad vos: cõuertimini inquit: o iudei, o infideles: qui nũq̃ babuiſtis gratiã: cõuertimini etiã: ⁊ vos Lutherani ⁊ peccatores remouẽdo obicẽ: hoc eſt ceſſando ab actu: ⁊ conſenſu peccati: ⁊ eliciẽdo bonũ motũ in me: ⁊ ego ↄuertar ad vos: dãdo vobis grãz: ex mera libalitate mea.

Jacobi.4. ¶ Itẽ Jacobus hoc idẽ cõfirmat dicẽs. Appropinquate deo: ⁊ ipſe appropinquabit vobis: emundate manus peccatores ⁊ purificate corda duplicesz aĩo.

Appoc.3. ¶ Proinde etiam xp̃s in Appoc. dicit. Ego ſto ad oſtiũ ⁊ pulſo. i. ad cor peccatoꝝ induratuz: ⁊ pulſo per bonas reuelationes: ⁊ inſpirationes: ſi quis aũt audierit vocẽ meã: ⁊ apuerit mihi ianuã cordis ſui: intrabo ad illũ per gratiaz meam, ⁊ cenabo cuz illo

Matth.3. ⁊ ipſe mecũ in vitam ęternam, vt alibi repetitũ eſt:

Luc.3. ⁊ ille idẽ. Penitentiã agite: Appropinquabit. n. regnuz cęloꝝ: ⁊c. Niſi. n. haberet peccator libertatem agendi penitentiã: ⁊ bene operãdi: ſupflue ꝑculdubio viderent̄: ⁊ ocioſe eſſent oẽs huius gñis pſuaſiones: vana eſſent cõſilia: fruſtraq̃z ponerent̄ virtutes: q̃ ad bonũ inducunt: ⁊ tãdem abſq̃z vlla vtilitate tot prophetę, tot ſcripturaꝝ teſtimonia: tot dei ⁊ xp̃i Jeſus oracula: nos inducerent ad pęnitentiã: ⁊ ad bene agendum ⁊c.

2.thimo.2. ¶ Sed q̃plurimũ nobis fauet illud Pau. 2. Epl̃ę ad Thimo. dicentis. In magna autem domo ſunt vaſa aurea: ⁊ argẽtea: ⁊ lignea: ⁊ fictilia: q̃daz in honorem: q̃dam ad cõtumeliã. Si quis ergo mundauerit ſe ab iſtis: erit vas in honorẽ ſanctificatuz ⁊c. In his quippe verbis cõparat Pau. hęreticos vaſibus cõtumelioſis, pp errores a quibus erroribuz: ſi q̃s emũdauerit ſe erit gratus deo: ecce q̃d Apl̃s. d.

Si quis mundauerit ſe,nõ dicit mundatus erit ab alio:ſed a ſe. Unde apparet:⁊ euidẽter claret:ꝙ q̈ libet peccatoꝛ etiã hereticus habet libertatẽ ceſſandi a malo:vt cõuertat̃ ab bonũ. Ceſſare autẽ a malo bonũ eſt:iuxta illud: qui potuit trãſgredi:⁊ non eſt trãſgreſſus:facere malũ ⁊ nõ fecit ⁊c. Similiter cõuertere ſe ad bonum eſt actus bonus: qui põt ad gr̃am diſponere. Quando.n.ſunt duo oppoſita:ſi vnũ eſt malũ aliud erit bonũ,ſed cõuertere ſe ad peccatum malũ eſt:ergo auertere ſe peccato eſt bonũ: ⁊ quẽadmodũ auertere ſe a bono eſt malum:ita ad bonum ſe conuertere perpulchꝛum eſt.

¶ Ex oĩbus ergo dictis dari libe.arb.euidẽtiſſime cõſtat: pꝛo quo argumento ſingulariſſimo ponitur hec.2.cõcluſio, quodãmodo ex dictis coꝛrelatiua.

¶ Concluſio Secunda.

Quilibet homo adultus per ſuum liberũ arbitrium in puris nãlibus exiſtens: ſine gr̃a gratũ faciente:operari põt:opa moꝛaliter bona:⁊ ſe diſponere ad dei gratię ſuſceptionem.

Cõtra Gregoꝛiũ arimi nenſem.

¶ Sed pꝛimo declaranda eſt ꝯcluſio:ante eius pꝛobationẽ:tum maxime circa illud: qḋ dicit̃ in puris nãlibus. Pꝛo quo eſt ſciendũ: qḋ cum hic loqmur de puris nãlibus:nõ excludit̃ gñalis dei influẽtia: q̃ vt cauſa pꝛima cõcurrit cum agẽte creato: ad oẽs actum poſitiuũ. Si quidẽ nullus actus poſitiu⁹ (imo nec peccatũ,quãtum ad id: qḋ in eo poſitiuũ eſt:puta actus voluntatis,licet difforꝛmem recte rationis) pfici põt deo:tãꝙ cauſa pꝛima nõ coagẽte. Plus.n.influit cauſa pꝛima in effectum:quã ſecunda:vt habet autboꝛ de cauſis, eo qḋ ipſa pꝛima cauſa pꝛioꝛ eſt ad pꝛoducẽdum effectum:ſine qua ſecũda cauſa ꝓducere nequit: licet ecõtra:necnõ, ⁊ illa

coſeruat effectū in eſſe ⁊c. Sed per pura naturalia intelligitur natura, ſeu animę ſubſtātia, cū qualitatibus, ⁊ actionibus cōſequētibus hominis naturā, excluſis habitibus ac donis ſupernaturaliter a ſolo deo infuſis. Unde ſi deus infunderet donum aliqđ in anima, etiā naturaliter acquiſibile, vt puta ſcientiā alicuius ꝓpoſitiōis, iaꝫ illa anima ſic dotata nō eſſet in puris naturalibus, haberet.n. ſciētiā ſupnaturaliter infuſam, licet eadem potuerit naturaliter acquiri, iſto notato ſic ꝓbaꝭ cōcluſio.

Quid ſint pura nālia.

Primū argumentū.

¶ Quilibet nēpe intellectus hoīs adulti ex ſuiſ nālibuſ pōt cognoſcere, ⁊ iudicare bonū, iuſtū, ⁊ honeſtū eſſe faciendū, ac malū fugiendū pp finē nāleꝫ.ſ. virtutis amorē ⁊ honeſtatis, huic aūt iudicio pōt ſe volūtas cōformare, eliciēdo actū bonū pp nālem honeſtatē, aut iuſtitiā, ⁊ huiuſmodi actus ſic elicitus eſt bonus moraliꝭ, vt ſupra ſufficiēter oſtenſuꝫ eſt, ergo ꝯcluſio vera, ꝯſequētia eſt nota. Maior pꝫ qꝛ principia practica, ita naturaliꝭ inſerta ſunt intellectui, ſicut ſpeculatiua, ergo vtriſqꝫ naturaliꝭ itellectus aſſentit, tāq̄ p ſe notis, ⁊ euidētib. Sed iuſtum ⁊ honeſtū eſſe faciendū, ⁊ oppoſitū fugiendū, ꝓpter finem naturaleꝫ, ſunt principia practica, igiꝭ eis intellectus ſuis naturalibus pōt aſſentire. Minor etiaꝫ ꝓbaꝭ, quia voluntas ex ſua libertate poteſt ſe ꝯformare dictamini rectę rationis, Et elicere actum conformiter illi, igitur opus moraliter bonū operari poteſt, qđ erat propoſitum.

Secūdū argumentū.

¶ Preterea voluntas ex ſuis naturalibus poteſt ſe diſponere, faciendo quod in ſe eſt, ad gratię ſuſceptionem, quare opus moraliter bonū elicere poteſt, cōſequentia eſt nota, añs ꝓbaꝭ. Exēplo Cornelij Centurionis actuū.10. Qui vidit angelū venientē

ad ſe ac dicentē ſibi, Corneli, at ille intuens eum ti more correptus. dixit. Quis es dñe. Dixit aūt ei an gelus. Eleemoſynę, & orōnes tuę aſcēderūt in conſpectu dei. Mitte ad Simonē petrū in Joppē & di cet tibi, qd te opꝫ facere, & fecit Corne. ſicut pcepat ei angelus. Vñ Pet. prius habita viſione, & diuini tus inſpiratus, acceſſit ad ipſuꝫ, & aperiens os ſuū dixit Corne. coraꝫ oībus alijs. In veritate cōperi, qr nō eſt pſonaꝝ acceptor deus, ſed in omni gente, q timet deū, & operať iuſtitiā, acceptus ē illi. quo pꝫ hominē extra fidē exiſtentē, & ex cōſequēti in pecca to, habere libertatē faciēdi bonū moralit, qd ſufficienꝫ eſt eū diſponere, ad dei grāꝫ, in fide & ſacramē tis percipiendam, & qd de vno dicitur, de omnibus pari poteſt ratione dici &c. Actū. 10.

¶ Tertia Concluſio.

Qlibet homo adultus per liberū arbitriuꝫ ex ſuis naturalibus ſine dono gratię poteſt quodlibet peccatū mortale nouū cauere, necnō nul la alia noua adueniente grā tentationib, reſiſtere, quinimmo eas vincere etiam per longum tempus ſtante ſola generali influentia dei. Cōtra. s. Tho.

¶ Probatur concluſio, vt prius, nam intellectus, ex ſuis naturalibus poteſt recte, circa agenda deliberare, rectitudine morali, & voluntas ſua libertate poteſt ſe illi conformare, cōformando autem ſe dictamini recte rationis, non peccat de nouo, & ſic per multum tempus valet perſeuerare, perſeuerādo vero in tali conformitate reſiſtit tentationibuꝫ, & vincit, ideo &c. Prima rō.

¶ Item, circa quodlibet agibile, voluntas aut eſt libera, autem non, Si primum liquet, quod poteſt i vtrūqꝫ oppoſitorū, & ita agere, vel nō agere, & p ꝯñs Secūda rō

illud oppoſitoꝝ:qđ peccatū eſt: cauere pōt. Si nō eſt libera:ergo iam peccare nō pōt: eo qđ non eſt in ſua poteſtate ſm beatū Augu.3.de libero arbi.dicē tem:qđ peccatū eſt ita voluntariū: qđ ſi nō eſſet voluntarium:nō eſſet peccatum. Et beatus Hiero.in expoſitione fidei:qui dicit:deū pcepiſſe ipoſſibilia anathema ſit:eodē mō pōt dici de pctō omiſſionis.

Auguſti.
Hierony.

¶ Quarta Concluſio.

QUilibet bō adultus per liberū arbi. ex ſuis nālibus:ſemota gr̄a gratū faciente:pōt diuina pcepta adimplere:quātū ad ſubſtātiā pceptoꝝ ſed nō ad intentionē pcipientis: que eſt cōſequtio ſalutis eterne.

¶ Prima pars pꝫ:qꝛ pōt adorare deum: nō blaſſemare:honorare parētes, nō occidere:nō mechari:⁊ huiuſmodi,dar̄ elemoſynā: i articulo neceſſitatis, ex quadā naturali boneſtate:ſeu pietate:nō ordinādo in deum:tāq̄ in vltimū finē:⁊ ſic faciendo: quacūq; etiā intentione faciat:implet pceptū: quātum ad actum:⁊ pcepti ſubſtantiā. Si quidē claret,qđ ipſe obſeruat pceptū dei:quātū ad opa tm̄:ſed nō ea intentione qua deus pcepit. Secunda pars eſt euidens de ſe,qm̄ ad finē:ſeu intentionē pcipiētis: nullus agere pōt ſine gr̄a: nemo quippe valet obſeruare diuina pcepta:quātum ad intentionē pcipiētis ſemota gr̄a gratū faciente:cum nullus poſſit acquirere vitā eternā,ſaltē adultus,niſi per opa meritoria,q̄ pſupponunt gr̄aꝫ,nimirū ad intentionē acgredi vitā eternā,dant̄ diuina pcepta igit̄ ⁊c.

¶ Obijciunt Lutherani.

SEd cōtra pmā cōcluſionē,q̄ de libero arbitrio principaliter loquit̄,⁊ ex cōſequēti cōtra alias tres,valde negter inſtant moderni heretici,qui ni-

tuntur

tuntur probaré, ex ſcripturarū teſtimonijs, falſe tñ ab eis adductis, nullatenus dari liberū arbi.

¶ Primo quidem ait Joānes. Non poteſt hō acci pere quicq̄, niſi fuerit datū ei de celo ꝛc.

¶ Secūdo ille idem cap. i. ait. Omnia per ipſum fa cta ſunt, ꝛ ſine ipſo factū eſt nihil. Joan. i.

¶ Tertio etiā idem Joā. 6. Nemo venit ad me, ni ſi pater meus qui miſit me, traxerit eum. Joan. 6.

¶ 4. Iterū infra cap. 15. xp̄s ait: Sine me nihil po= teſtis facere. Joan. 15.

¶ 5. Jacob. c. i. inqt. Omne datū optimū, ꝛ oē do= nū pfectū de ſurſuȝ ē, deſcēdēs a patre luminū. Jacobi. i.

¶ 6. Chriſtus loquens ad diſcipulos ait, in euāge= lio Matth. Cum autē tradent vos, nolite cogitare Matth. 10. quō, aut quid loquamini. Dabit̄. n. vobis ī illa ho ra quid loquamini: ꝛ paulo poſt. Nōne duę paſſe= res a ſe veneūt, ꝛ vnus ex illis nō cadet ſuper terrā ſine patre veſtro.

¶ 7. Apoſtolus ad Corinth. Quid hēs qđ nō ac= cepiſti? ſi autē accepiſti qd gloriaris quaſi nō acce peris, ꝛ in alia Ep̄la. Oīs ſufficiētia ex deo eſt. 1. corint. 4. 2. Corint. 3

¶ 8. Ille idē Ap̄s ad Ro. ait. Si reliquię ſm ele ctionē gr̄ę dei ſaluę factę ſunt, ſi aūt gr̄a iam nō ex operibus, alioquin gr̄a iam nō eſt gr̄a ꝛc. Ro. 11.

¶ 9. Inſup eccleſia orat. d. Deus cuius eſt totum, quod eſt optimum.

¶ 10. Eſaias quoq; ait. Quare errare nos feciſti dn̄e de vijs tuis, indurasti cor nr̄m ne timerem? ꝛc. Eſaię. 64.

¶ 11. Hiere. inſup inqt. Non eſt hoīs via eius, nec viri vt ambulet ꝛ dirigat greſſus ſuos: ꝛc. Hiere. 10.

¶ 12. Ille idē infra clamans ad dominū dixit, Cō uerte me dn̄e, ꝛ cōuertar, qr tu dn̄e deus meus poſt quā me cōuertiſti egi pęnitentiam. Hiere. 31.

¶ Aliç etiā quāplures poſſent adduci autboritates in eorū fauorem,ſed ſufficiant iſtç,quoniā reſpōſiones iſtarū,erunt reſponſiones ad quaſcūqꝫ alias cōſimiles,idem ſonantes. Uerba autē illa Pauli q̄ babenť Ro.9. q̄ maximopere videtur fauere eorū falſç opinioni,in proximo tractatu de Prędeſtinatione declarabuntur,ꝛc.

Joan.8. ¶ 13. Joānes demū ait,qui facit peccatū ſeruus eſt peccati,ſi filiꝰ vos liberauerit vere liberi eſtis:vnde inferunt,ex quo eſt ſeruus peccati,quod agit,ſecundum imperiū peccati ſemper agit,ꝛ ſic ſemper malum agit ꝛc.

¶ Reſpondent Catbolici.

Primū per pulcbrū notabile. PRo reſponſione barum obiectionū,primo ſciēdum eſt quod deus glorioſus eſt prima immo principaliſſima cauſa efficiens omniū rerū,omniū operationū,omniū actuum ꝛ effectuū, qui fiunt in mundo,ſub bac vniuerſali mundi macbina, q̄libet autem alia cauſa creata dicitur ſecūda cauſa,vel potius cauſa inſtrumentalis, reſpectu primę cauſę. Item prima cauſa plus influit in effectum: quā ſecunda cauſa,vt ſupra declaratū eſt,ꝛ ideo effectus magis producitur a prima cauſa,quā a ſecūda. Et ſic ipſa prima cauſa magis dicit cauſa,quā ſecunda reſpectu eiuſdem effectus. Itē quicq̄d producit prima cauſa cū cauſa ſecūda,poteſt producere ſe ſola, ꝛ nō contra,quapropter nulla ſecūnda cauſa poteſt cauſare,vel producere aliquem effectum,prima cauſa non cauſante,ita quod nibil producitur a ſecunda cauſa,quin producatur a prima ꝛc.

2. notabile. ¶ Secundo ſciendum eſt,quod licet prima cauſa q̄ deus eſt,ſit principaliſſima omnium rerum cauſa, ꝛ quelibet alia cauſa ſecūda ſit inſtrumentalis cau-

ſa, tamen quicquid producitur effectiue a prima cauſa, dicitur etiam effectiue produci a ſecunda cauſa, quinimmo ipſa videtur propinquior ⁊ manifeſtior, exẽpli cauſa, deus tanq̃ principalis cauſa, producit mineralia in viſceribus terrę, necnõ granũ, oleum, vinum, ⁊ ſimilia, tamen ſecum concurrunt alię cauſę ſecũdę, puta corpora cęleſtia, q̃ influũt, elementa quoq; ⁊ homines: qui diſponũt materiã, arando, ſeminãdo, plantando, inſerendo, ⁊c. Et iõ illi effectus nãles ita dicũtur ꝓduci a ſecũdis cauſis, ſicut a prima, licet illa ſit principalior, q̃ mouet alias ſecũdas cauſas ad agendum.

¶ Aliud exemplum habemus, de quolibet homine, ſed dicamus de vno .ſ. de Joãne baptiſta cuius duo fuerunt patres, primus ⁊ principalis fuit deus, de quo moiſes. Nũquid nõ ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit, ⁊ fecit, ⁊ creauit te? Et Pau. ad Ephe. Unus eſt deus, ⁊ pater omniũ. Secundus pater fuit Zacharias. Et licet deus ſit primus pater, ⁊ principalis cauſa, nõ tamen impedit, quin Zacharias fuerit cauſa efficiens, ⁊ verus pater qui generauit Joãnẽ baptiſtam, ⁊ ſic de alijs dicendũ eſt, ex quibus clare ſequitur quod tam cauſa ſecũda, quã prima effectiue concurrens, ad aliquem effectum dicitur effectiua cauſa illius effectus. Deut. 32. Ephesi. 4.

¶ Dico igit in ꝓpoſito, q̃d deꝰ eſt prima cã mouẽs tã nãles cauſas: q̃ volũtarias ad oparandũ, ⁊ ſicut a cauſis nãlibus, mouẽdo eas, nõ aufert, quin actus earũ ſint nãles, ita mouẽdo cauſas volũtarias non aufert, quin actiones earũ ſint volũtarię, ſed potius hoc in eis facit. Operatur. n. in vnoquoq; ſecũdum eius proprietatem cuncta ſuauiter diſponẽs. Nam ſi operatur in corporib. cęleſtibus, ſeu in elemẽtis,

operatur ſm ꝓprietates cęloꝝ ⁊ elemētoꝝ. Ergo ſi operaṫ in voluntate vel cū volūtate nr̄a, operaṫ ſm ꝓprietatē volūtatis, q̄ eſt libere velle ⁊ nolle.

Reſponſio ad authoritates.

Marci. 9. ꝛ ſi monti huic dixeritis tole ꝛ iacta te in mare fiet, Marcus inſuper, omnia poſſibilia ſũt credẽti. Pro

Jacobi. 1. inde Jacobus inqt ſiquis aũt veſtrum indiget ſapiẽ tia poſtulet a deo. Qui dat omnibus affluẽter ꝛ nõ improperat ꝛ dabitur ei poſtulet aũt in fide nihil he ſitãs qui. n. heſitat ſimilis eſt fluctui maris, qui a uẽ

Hebre. 4. to mouetur ꝛ circunfertur: Adeamus igitur cũ fidu cia, vt docet nos Paulus, ad thronũ gratię eius, vt miſericordiã conſequamur, ꝛ gratiam inueniamus in auxilio opportuno quare. ꝛc.

De ſanctorū

¶ De ſanctorum inuocatione ipſorumq́ʒ ſuffragijs.

Quoniã aũt veritas fidei catholicę in multis ab hereticis tũ maxime his tẽporibus ab impijs Lutheranis venenoſis morſib. laceratur, necnon falſis dilaniatur ſcriptis: ideo nũc maxima neceſſitate cogẽte, ⁊ nõ tantũ pro veritate defenſanda, quin imo ⁊ pro falſa eorum opinione remouẽda, nõ minus quã pro eorum cõuerſione optandaq́ʒ ſalute, meritiſſime q̃ritur. An ſancti in patria orẽt pro nobis exiſtẽtibus in via. Unde pro elucidatione huius difficultatis ſciendũ eſt, qđ fuit hereſis quorũdã nimia temeritate omniũ ſanctorum cultũ penitus tollere volentiũ, qui nullũ ſanctis honorẽ impẽdi debere impie fatebãtur, neq́ʒ preces vllas ad eos dirigi, ſed nec eorum reliquias venerari: Huius author ⁊ hereſiarcha primo fuit Iouinian⁹ ⁊ Eunomius ⁊ poſt hos Uigilantius, quẽ errorẽ cum ſuis authoribus, beatus Hieronymus in Epiſtola, ſiue libello, quẽ contra Uigilantiũ: quem edormitantiũ nominat ſcripſit egregie, recitat ⁊ confutat: ſed illis beati Hieronymi confutationibus nõ obſtantibus, de nouo inſurrexerũt Aquilonares heretici illis peiores, qui auſi ſunt pernicioſe ⁊ valde nequiter illos priores errores euigilare, aſſerere, ac pertinaciter đfendere: Dicũt nanq́ʒ quod ſancti in patria pro nobis non orant, immo nullius mortui pro alio exaudiendam fore orationẽ. Et iđ fruſtra nos ad ſanctos clamare prędicant, ac eorũ patrocinia implorare, ſed vniuerſorum preces orationeſue ad ſolum deum dirigẽdas eſſe aſſerũt. At pro ſuo errore defenſando duabus vijs argumentant. ſ. ex diuina perfectione, ⁊ ex ſanctorũ ſtatu, ⁊ conditione.

Peroptima difficultas.

Lutherani đ nõ orãdo ſanctos, ãti quas hereſes ſuſcitaſt

k

Pꝛima here ticoꝝ rō. ¶ Ex pꝛimo nãq̃ ſic dicunt. Nos ſiquidẽ orando pꝛincipaliter petimus vitã ęternam, ꝛ alia dũtaxat inquãtum ad illam cõſequẽdam oꝛdinãtur vt gratiam ꝛ vitę ſanctitatẽ, vt docet beatus Auguſtinus ad pꝛobam de orando deum. Solus autem deus ẽ qui beatificat, ſolus qui gratiã infundit, qua nos ĩ via ſanctificat ſm̃ illud pſalmi. Gratiã ꝛ gloꝛiã dabit dñs, ideo ad eoꝝ cõſecutionẽ fruſtra ſancti imploꝛãtur, qui neq̃ gloꝛiam, neq̃ gratiam nobis tribuere poſſunt.

Cõfirmaẽ ratio. ¶ Pꝛeterea qd opus eſt ſanctos inuocare pꝛo quocũq̃ perpetuo, vel tempoꝛali bono ꝯſequendo. Cũ deus omnia ſolus dare ſufficiat, qui omnipotẽs, ꝛ oĩa dare velit quia liberaliſſimus ꝛ clemens, plus

Joãnis.3. nos amans, quã ſanctoꝛũ ſinguli, immo quã pariter vniuerſi. Quã quidẽ dilectionẽ oſtendit per illud Joãnis, ſic deus dilexit mundũ, vt filiuꝫ ſuum

Ro.8. vnigenitũ daret. ſ. in moꝛteꝫ ignominioſiſſimam, ꝛ Apoſtolus ad Ro. Si filium tradidit, quomodo nõ omnia cum illo nobis donauit? Injuria ergo q̃dam dei videtur ad ſanctos recurrere in his q̃ domi

Joãnis.16. nus ipſe paratiſſimus eſt donare. Maxime cum frequenter dominus ſub iuramenti atteſtatione pꝛo

Luc. 11. miſit omnia ſe daturũ, quę ab ipſo fideliter peteren

Matth. 21. tur. Amen amen dico vobis (ait Apoſtolis) Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Immo ad petendũ nos excitat. d. Petite ꝛ accipie

2. coꝛint. 1. tis, querite ꝛ inuenietis, pulſate ꝛ aperietur vobis, ꝛ alibi. Omnia q̃cũq̃ petieritis in oratione, credẽtes accipietis, neq̃ credendũ eſt (inquunt heretici) ſanctos miſericoꝛdioꝛes foꝛe ꝛ ad veniaꝫ pꝛõptioꝛes, q̃ dñs ipſe miſericoꝛdiarũ pater ꝛ deus totius cõſolationis q cõſolaẽ nos in oĩ tribulatiõe nr̃a, q̃re ꝛc.

Ex ſecūdo.ſ.ſtatu ⁊ cōditione ſanctoꝝ ſic arguūt ſancti nobis auxiliari,nec meritis poſſunt,nec p̄ci= bus ⁊ nō ponit̄ alius ſubuētionis modus,igit̄ ⁊c. Nō meritis quare neqꝫ p̄teritis,neqꝫ recentibus. Nam pro p̄teritis iam ſufficienter p̄miātur ſecun= dum illud Apoc. Opera.n.illorum ſequūtur illos. Pau. quoqꝫ ad Ephe. vna cum Propheta in Pal. ait.Tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opera ſua,Et domi= nus in euāgelio Luc. Menſurā bonā ꝯfertam ⁊ co agitatā ⁊ ſupereffluentē dabūt in ſinu veſtro,qua= re manifeſte claret, quod quilibet ſanctorum longe amplius p̄miatur,quā meruit a dn̄o.Non ergo vi= detur (aiunt hęretici) qḋ ſanctorū merita quorū retributionē pleniſſimā receperunt alijs proficiant vt eis hoꝝ intuitu noua bona cōferantur ⁊c.Recētia quoqꝫ merita quibus aliquid de nouo mereantur nō habent,qꝛ ſtatū meriti exceſſerunt.Quippe in termino ſunt nō in via,nō currunt in ſtadio, ſed brauiū acceperunt,curſum merendi conſumarunt, fruuntur tandem repoſita iuſtitię iaꝫ corona,⁊ per hoc videtur probari poſſe,quod ſancti non orant ꝑ nobis,cum oratio ſit opus maxime meritorium,illi autem mereri non valent,igitur ⁊c.

Secūda principalis hereticorū rō.

Apoc.14.

Ephe.6.

Pſal. 61.

Luc.6.

¶ Proinde aut ſancti vident deum vele conferre illud pro quo orant,⁊ ſic fruſtra fundunt p̄ces, cum videant deum infallibiliter collaturum quod affectant,ſi vero viderint deum, aut nole, aut non vele conferre,nequaquam orabunt, quoniaꝫ per omnia concordant diuinę voluntati:Nec unquaꝫ petunt, aut deſiderant fieri quod deū vnquam facturū cognoſcunt.His ⁊ ſimilib.rationib.ac autboritatib. decepti ſunt nunc multi nr̄o tēpore Lutherani vna cum antiquis hęreticis ,ideo antequā has ſophiſti

Cōfirmatio.

cas ſoluamus rationes, prius oſtendēda ē veritas, pro qua contra eos ponitur hec Concluſio.

Concluſio Quarta.

Firmiter credēdum eſt ſine vlla mentis heſitatione ſanctos in patria pro hominibus intercedere, nobiſq; ſuffragari meritis ⁊ precibus. Quare ⁊ ipſi implorandi ſunt ſicut ⁊ angeli, qui ſuffragātur nobis, licet vnus tantū ſit mediator inter deum ⁊ hominem, qui eſt Chriſtus Jeſus.

Sancti quippe adiuuāt nos meritis, dū pcedētia eorū merita nobis ſuffragant, ⁊ pcibus, dum noſtra vota a dño cupiunt impleri, ⁊ in hoc orant pro nobis, deſiderio, nō voce, dum affectuoſe deſiderāt hec vel illa nobis a dño concedi intuitu ſuorū meritorū vel effectuū, ⁊ hec ſiquidē cōcluſio. Tu3 euidētiſſimis rationibus, tum ſcripturarū teſtimoniis tā veteris, quā noue legis, tum deniq; diuorū patrum authoritatibus clariſſime demonſtrabitur. Tria nāq; ex hac concluſione oſtendam. Primo qualiter deus multa cōtulit viuētibus propter patrū dormientiū merita, ⁊ in ſinu Abrahe quieſcētium. Secūdo qđ ſancti inſuper ⁊ angeli dei de facto pro nobis orant in celis, ac ſuis pcibus multa pro nobis intercedūt ad dñm. Tertio qđ nos in terris cōſtituti iubemur multiplicis ſcripturarū exhortationibus mutuo pro nobis orare. Quare ſi in carne viuētes aliis orādo beneficia plurima impetrarūt. Tanto magis viuētes in xp̄o in eterna felicitate poſſunt ꝓ nobis non ſolū orare, ſed ⁊ multa maiora bona nobis impetrare. Primū qdē eſt luce clarius in ſcripturis, tum maxime in veteri teſtamēto, ait quippe ad Jſaac dominus, Multiplicabo ſemē tuu3 ſicut ſtellas celi, daboq; poſteris tuis vniuerſas regiones has, ⁊ benedi

tria pulcherrima ex concluſione demōſtratur.

Geneſis. 26

cens: In semine tuo omnes gētes terrę, eo qđ obedie rit Abraā voci męe, et custodierit pręcepta et mādata mea, et cerimonias, legesq́ꝫ seruauerit, et paulo post seqtur. Noli timere qꝛ ego tecū sum, benedicā tibi, et multiplicabo semē tuū propter seruū meū Abrahā. Itaq́ꝫ frequēter dñus facturus beneficia posteris cō memorat se deū Abrahā Isaac et Jacob. vt liquet in Exodi. libro. Et in plerisq́ꝫ alijs locis. Non est ergo mirū si in cōmemoratione sanctorū obseruat eccl'ia, qđ antiquitus fieri solebat, vt in orationibus, patrū memoria recoleretur. quatenus eorū meritis suffra gātibus facilius, qđ petebāt impetrarēt, sic Moses pro populo peccante intercedēs inquit, Recordare Abrahā Isaac et Israel seruorū tuorū, et post pauca sequitur, Placatusq́ꝫ ē dñus. etc. Pariter Azarias i fornace succēsa orās, Ne auferas inquit misericordiā tuā a nobis dñe deus noster propter Abrahā dilec= tū tuū, et Isaac seruū tuū, et Jacob sanctū tuū. Dñus quoq́ꝫ dixit ad Solomonē Scindam regnū tuū, et dabo illud seruo tuo. Uerūtamē in diebus tuis nō faciā ꝑpter Dauid patrē tuū, de manu filij tui scin dam illud, nec totum regnum auferam, sed tribum vnā dabo filio tuo ꝑpter dauid seruū meū et Hieru salē quā elegi, multis siquidē patrū merita filijs suf fragantur. Unde cū Ezechias diuinū postularet au xiliū, audiuit dñm dicentē, Protegā vrbē istā, et pp me et propter Dauid seruū meum. Norūt igitur hec certissime patres vete. test. ea propter cū orabāt dñs patrū merita recēsebant vt sic eorū suffragantib. me ritis facilius audirent, sic et nūc eccl'ia xp̄i facit, īuo cando apl'os, martires, cōfessores, ac virgines sāctas, nō tñ inuocātur huiusmodi sancti, tāquam datores bonorum pro quibus oramus, sed vt intercessores

Exo. 3.

Exo. 32.

Dani. 3.

3. Reg. 11.

4. Reg. 20.

Ex dictis cō cluditur ꝓ= positum au thor.

apud dñs,vt eorum precibus adiuuemur ad execu
tionē eius,qđ poſtulamus Abſalon nanq̧ recōci=
2. Reg.14. liatus patri,per bienniū tamē moratus Hieruſalē
non vidit faciē patris ſui,ſic peccator reconciliatus
deo non ſtatim ſe p̄ſentat ei,ſed per mediatores ⁊ i
Pſal.31. terceſſores,Ait.n.Dauid inpſalmo Pro hac orauit
ad te omnis miſericors,Beati aūt ſunt ſancti ⁊ mi=
ſericordes,Et hęc de primo ſatis ſint dicta.

¶ Quātū ad ſecundū dico ſanctos in cęlis pariter
⁊ angelos dei de facto pro nobis intercedere ⁊ ora=
Hiere.15. re,vt expreſſius eadē ſacra atteſtatur hiſtoria. Naz
dñs volens Hieremię oſtendere quod peccatis po=
puli exigentibus exaudiendus non eſſet pro popu=
Falſa hereti lo illo ait,Si ſteterint Moſes ⁊ Samuel corā me
corum gloſa non eſt anima mea ad populū iſtum,quaſi diceret,
ſi hii qui te maiores ſunt orarent pro populo illo nō
audiret,quāto minus te,ſed ad iſtud Hieremię dic
tum reſpondet Zuinglius hęreticus,ſi Moſes ⁊ ſa
muel ſteterint coram me.i.ſi in humanis eſſent ac ꝓ
populo iſto intercederēt.Adhuc vinceret indigna=
tio gratiam,ſed hoc eſt hęreticorū propriū,⁊ p̄cipue
Lutheranorū,tum maxime Zuingli ſanguinolenti
ſemper torquere ſcripturam,nam cū ipſi ſemper exi
gant claras ſcripturas,⁊ nullas admittant gloſſas,
cur iam clara allata ſcriptura contrariam iſte afert
gloſſam? Deus nanq̧ dicit, ſi ſteterint,non dicit ſi
viuerent ⁊ ſtarēt,ideo non debet ſic gloſſari ſcriptu
ra pręcipue cum gloſſa illa nō ſit fundata in ſcriptu
ris nec in ſanctorū patruz authoritatib.aut cōciliis,
potius aūt contrarietur veritati, dicit ergo veritas
ſcripturę,ſi ſteterint.ſ.ad orādū Moſes ⁊ Samuel
corā me,qđ nihil eſſet dictu,ſi aliquādo ſancti ꝓ po
pulo non orarēt nec orare poſſent, ſimile eſſet ac ſi

diceret, ſi lapides intercederét nõ audiré ita nec te=
exaudiã, p̄ſupponit igitur dñs Moſem ꝛ Samue
lem aliquãdo pro populo orare,

¶ Preterea dicitur de propheta Hieremia dudũ defuncto, hic eſt fratrũ amatoꝛ ꝛ populi Jſrael, Hic eſt qui multum orat pro populo, ꝛ pro vniuerſa ſan cta ciuitate Hieruſalé, Hieremias ꝓpheta dei, q̄ɖ aũt exaudita fuerit eius oratio patet per illud q̄ɖ ſe quitur. Et extédit Hieremias dexterã: ꝛ dedit Ju= de gladiũ dicés. Accipe ſanctũ gladiũ aureũ munus a deo in quo eicies aduerſarios populi mei Jſrael. 2. Machꝰ. vltimo.

Et non valet dicere, q̄ɖ libri Machabeoꝛum non ſint canonici apud hebꝛeos, quoniã omnes cano= nes Eccl'ię, de canonicis ſcripturis enumerant Ma chabeos, quare oſtendant heretici vbi habent alios ſcripturarũ libꝛos eſſe canonicos, Et pꝛofecto inue= nient iſtos, licet (teſte Aug.) in ſinagoga non fue= rint canonici, Eccleſia tamé appꝛobat illos. ꝛc.

¶ Ex nouo etiã Teſtamento ad idem pꝛoferri poſ ſunt teſtimonia. Nã ſaluatoꝛ noſter ſãctus ſanctoꝝ ꝛ beatiſſimus beatoꝝ ſecũdũ aſſũptã humanitatis naturã ꝓ nobis orat in cęlo ad patré, ſicut ad Ro. Apl's ait, q꞉ ꝛ xp̄us Jeſus etiã interpellat ꝓ nobis.

¶ Jté ad hebꝛe Jeſus ſempiternũ habet ſacerdotiũ Unde ꝛ ſaluare imperpetuũ poteſt accedés p ſemet ipſum ad deum ſemper viuens ad interpellandum pꝛo nobis, Joãnes quoqꝫ in pꝛima canonica inquit. Hebꝛe. 7. Scribo vobis vt nõ peccetis ſed ꝛ ſiquis peccaue= rit. Aduocatũ habemus apud patré Jeſum xp̄um ꝛ ipſe eſt pꝛopitiatio pꝛo peccatis noſtris. Cum ergo xp̄s caput noſtrũ ꝓ nobis intercedit apud pa tré, cur hoc nõ ᵭ mébꝛis eius, beatis. ſ., credamus? 1. Joãnis. 2. Jntercedit aũt ꝓ nobis xp̄s, nõ ſ̄m diuinã nãꝫ ſecũ

Iſrael? ac ſi eſſent duo oratores: quoꝝ vnus oraret
pro libertate vnius populi, alter vero pro ſeruitute,
⁊ quid eſt ꝑliari aduerſus principē Perſarum? niſi
cōtrariū affectū oppoſitāq; intentionē contra alte-
rum angelum deum orando oſtendere?

¶ Preterea Apoc. ſcribit q̄d quatuor animalia, ⁊ Apoc.6.
viginti quatuor ſeniores ceciderunt corā agno, ha-
bētes ſinguli cithāras ⁊ phialas aureas plenas odo
ramētoꝝ, q̄ ſunt orationes ſanctorū, ⁊ infra. Stetit Apoc.8.
angelus iuxta arā templi, habens turibulū aureum
in manu ſua, ⁊ data ſunt ei incenſa multa, vt daret
de oratione ſanctoꝝ ſuper altare aureū. Tobie.12.

¶ Item dixit angelus ad Tobiā, quādo orabas cū
lachrimis ⁊ ſepeliebas mortuos, ego obtuli oratio-
nem tuā dño. Quid eſt .n. offerre orationē deo: niſi
ſimul cū illo orare? Si .n. deus lōge clarior illis oīa
videt oēsq; noſtras agnoſcit orationes: quomodo
angelus noſtras dep̄cationes obtulit dño? Niſi di-
cat q̄d ſimul orando vota noſtra offert deo, facitq;
illa grata deo ⁊ accepta, tanquā verus cuſtos ad no
ſtrā deputatus cuſtodiam. Deinde pſal. Immitet Pſal.33.
angelus dñi in circuitu timētiū eū, ⁊ eripiet eos: ⁊c.
⁊ alibi. Angelis ſuis mādauit de te, vt cuſtodiāt te Pſal.90.
in omnibus vijs tuis, deniq; Apoſtolus ad Hebre.
Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, qui in mini- Hebre.1.
ſterio mittuntur propter eos, qui heredes erunt ſa Act.5.7.12.
lutis. Claret inſuper in actibus Apoſtoloꝝ quod
angeli ſuffragantur nobis. Cur igit̄ eoꝝ ſuffragia
⁊ miniſteria nō licet implorare? Quare ⁊ ſi angeli
orant pro nobis, tanto magis decet ſanctos orare, q̄
⁊ poſſunt ⁊ volunt, ⁊ de facto pro nobis orant in ce
lis, igitur implorandi ſunt.

¶ Quantum vero ad tertium dico, quod nos in ter

ris conſtituti iubemur pleriſqꝫ ſcripturarū teſtimo
nijs ꝓ nobis mutuo orare, ſicut Jacobus ait Orate
Jacobi.5. ꝓ inuicē vt ſaluemini, qḋ ⁊ ſolicite fecerūt apoſto
li. Nā ardentiſſime pro alijs orauerunt, ac aliorū
orationes pro ſe fieri poſtulabāt, vt ſupra in magno
illo orationū diſcurſu per totā seriē ſcripturarū li-
quide oſtenſum eſt, qḋ etiam patet diſcurrēti omnes
Jacobi. Ep̄las Pauli. Et equidē recte, q̄m teſte Jacobo vbi
ſupra, Multū valet deprecatio iuſti aſſidua, multū
nempe per omnē modū iuuat. q̄m orauit vnus ho-
Exo.33. mo Moſes ⁊ ſexingētis milib. pugnatorū veniam
impetrauit, Orauit Helias ⁊ cęlum clauſit ne plue
3. Reg. 17. ret annis trib. ⁊ mēſibus ſex. Rurſus orauit ⁊ plu
⁊.18. uiam largiſſimā ardētibus terris ⁊ hominibus im
petrauit, Sed ⁊ dn̄s amicis Iob qui recta locuti nō
Job.42. fuerant p̄cepit vt ad Job ſe cōferrēt petētes quate-
nus pro eis offerret ſacrificiū ⁊ oraret vt nō imputa
ret eis ſtultitia eorū, Sic Stephanus orans pro pſe
Actuū.7. cutorib. Paulo conuerſionē impetrauit, Paulus
quoqꝫ orās ducentū ſeptuaginta ſex ſuis cū nauigā
Actuū.20. tib. vitę p̄ſidio fuit. Et ſic eſt videre de innumeris
qui in carne viuentes alijs orando beneficia pluri-
ma impetrarunt, vt totū vetus ⁊ nouū teſtamentū
diſcurrēdo patuit ſupra. O mira igitur hereticorū
⁊ pręcipue Lutheranorū hebetudo, cū viuos pro ſe
ſe fructuoſe orare cōcedunt, vt pote coacti apertiſſi-
mis vtriuſqꝫ legis teſtimoniis id ipſum negent de
beatis, qui certiſſime apud deū potētiores ſunt effe
cti, quo p̄ſentiores ⁊ beatiores dicēte dn̄o de eis q
minor eſt in regno cęlorum maior eſt illo. ſ. Joāne
Matt.11. batiſta ſi ergo adhuc in carne infirmi ac mutabiles
in via conſtituti, ⁊ tamē pro ſe ipſis ſoliciti orationi
bus ſuis cęteris profuerunt, quātomagis fortes fac

ti ſalutis ſuę ſecuri in patria, ciues ꝛ domeſtici dei cōſtituti, in charitate quoqꝫ fraterna conſumati, ꝑ fratribus in via relictis inſtanter ꝛ vtiliter votis ac meritis peroꝛabūt. Nā quāto qs ex charitate pꝛoxi mo magis diligit eo amplius ei ſalutem a deo cōferre deſiderat. Longe aūt ſancti in cęlo magis diligūt nos quā exiſtentes in terris, charitas nāqꝫ nō excidit in cęlo ſed perficitur ꝛ confirmatur, ſalutē autē alteri deſiderare a deo eſt pꝛo eo intercedere vt dictum eſt igitur. ꝛc.

¶ Sed adhuc foꝛtius iſto, ſi ſancti in cęlis nō oꝛāt pꝛo nobis aut qꝛ nō poſſunt, aut qꝛ poſſunt, ſed no lunt, ſi dicas non poſſunt. Iterum inſto, aut ergo ſancti non poſſunt pꝛo nobis oꝛare, quia ē res eis indigna, ꝛ tunc non conueniret Chꝛiſto. Aut quia eſt res tantę excellētię qđ ſoli Chꝛiſto ꝛ nō aliis cōuenit, ergo nō conuenit viatoꝛibus, qđ eſt expꝛeſſe falſum. Aut qꝛ oꝛare eſt opus maxime meritoꝛium, ſancti vero amplius mereri nō poſſunt, ideo nec oꝛare, ſed nec iſtud eſt dicendū, qꝛ licet ſancti pꝛo ſe ipſis mereri non poſſint. ſ. augumētum gratię vel glorię, attamen eoꝛum bona opera ꝛ merita ad honorem dei facta acceptat deus non ſolum ad ſumma bona ipſis ſanctis retribuenda (etiam longe huius modi merita excedentia) verum etiam ad multa bona in via vel patria aliꝭ retribuenda, vt clare liquet in ſcripturis. Optima ratio ꝑ catholicis q̄ Achiles merito dicitur.

¶ Scribitur nanqꝫ in libꝛis regum, qđ quidam ſepelientes hominem viderunt latrunculos, ꝛ timētes pꝛoiecerunt cadauer in ſepulchꝛo heliſei, qđ cū tetigiſſet oſſa heliſei reuixit homo ꝛ ſtetit ſupra pedes ſuos, Si igitur oſſa heliſei habuerunt virtutē 4. Reg. 13.

ſuſcitandi moꝛtuū, quāto magis anima eius maioꝛ-
rem debet habere virtutem oꝛando impetrādi gra-
tiam. Et in hoc claret exemplo qđ non ſolū deus ꝑ
pter merita ſanctoꝝ tribuit eis felicitatē eternā, ve
rum etiam ⁊ aliis confert multa bona, vt vitam tem
poꝛalem necnon ſpiritualem, fauet inſuper noſtrę
rationi illa que ſupꝛa diximus qđ. ſ. deus multa cō
tulit filiis Iſrael pꝛopter Abꝛaā Iſaac ⁊ Jacob, Sa
lomoni quoqꝫ pꝛopter Dauid ſeruū ſuū, q omnes
iandudū defuncti erāt, Si dicas ſecūdum. ſ. qđ poſ
ſunt ⁊ nolunt oꝛare. Hoc quippe valde minus dicē
dū eſt, quoniā ipſi in maioꝛi charitate cōſtituti ſunt,
magiſqꝫ nos diligunt quam exiſtentes in terris
ideo. ⁊c.

Pꝛima Reſponſio ad p̄mā hęreticoruꝫ rationē

¶ Et per hęc ad ſophiſticas hęreticoꝝ rationes
pꝛo hęreſi ductas de facili reſpondetur. Ad pꝛimaꝫ
igitur dum arguunt ex diuina perfectione ꝑꝑ quam
ſolus deus beatificat in patria ⁊ gratificat in via di
cendum eſt pꝛimo, qđ ſi ratio illa valeret pari ratio-
ne concluderet omnes viatoꝛes apoſtolos, ac cęte-
ros viros bonos in terris conſtitutos non potuiſſe
nec poſſe pꝛo aliis oꝛare, ⁊ ſic Paulus ac Stepha-
2. Reſpōſio nus, necnon ⁊ tota ecclīa oꝛando pꝛo aliis peccaſſet,
ſeu alioꝝ oꝛationes pꝛo ſe fieri poſtulando, vt patet
rationem illam ſane intelligēti. Secundo dicendū
eſt, qđ licet deus ſolus gloꝛiam donet, ⁊ gratiā creet
nec ſancti effectiue cōcurrāt cōcreando, poſſunt tñ
concurrere impetrando ⁊ oꝛando, vt deus beatificet
ſeu gratificet ſine quoꝝ oꝛatione tali pꝛo quo oꝛat,
nec beatitudinem conferret, nec gratiam, ſicut ami-
cus pꝛincipis impetrat interdū alteri donū a pꝛinci
pe, reſpectu cuius tamen impetranſ nullam habet ac
tiuitatem, qđ nihilominus pꝛinceps non daret, niſi
amicus talis oꝛando impetraret, Non ergo fruſtra

imploramus ſanctos, quos non vt creatores gratię ſiue beatificatores inuocamus, ſed vt mediatores quorum meritis intuitu nobis deus confert, quę ex noſtris accipere ſumus minus digni, cum ergo arguunt deū ſolum ad omnia cōcedenda ſufficere. ⁊c. nihil concludunt, deus. n. qui omnia efficere ⁊ pſta re poteſt ſine cōcurſu cuiuſcūq; ſecundę cauſę, vult tamen ſecundas cauſas concurrere, quādoq; ad diſ poſitionē eius qui recipit effectu3 productum, quā doq; ad mediandum inter deum datore3 ⁊ hominē accipientē, ſicut Moſes ſequeſter ⁊ medius fuit inter deum ⁊ populū, Uult. n. deus inferiora per media ad ſuperiora reduci, ſicut inferiores angelos per ſuperiores illuminat, ideo cum dicunt Lutherani vnus eſt mediator dei ⁊ hominu3 Chriſtus Jeſus, Cur ergo nos volumus facere plures mediatores ſanctos? Deuter. 5. 1. Timo. 2.

¶ Reſpondetur, quod vnus eſt mediator per redēptionē, ſicut ⁊ vnus ſaluator, ſunt autē plures mediatores per interceſſionem, ſicut ⁊ plures tales ſcriptura cōmemorat ſaluatores, Moſes ait Ego ſequeſter ⁊ medius fui inter deum ⁊ vos vt paulo antedictum eſt. Reſponſio ad aliā obiectionem

¶ Item ſuſcitauit eis ſaluatorē Aioth filium Jera ambidextru3, qui vtraq; manu pro dextra vtebatur Jteru3 ⁊ dediſti eis ſaluatores, qui ſaluauerunt eos Pharao inſuper Rex egipti vocauit Joſeph ſaluatorem mundi. Judicum 3. Neemię. 9. Gene. 14.

¶ Ad ſecundam rationem dum arguunt ex ſtatu ⁊ conditione ſanctorum dicitur qđ nobis ſancti ſubueniunt meritis ⁊ precibus, meritis dico preteritis ⁊ pſentibus, pteritis quippe meruerunt. n. in via, vt bona cōferantur non modo ſibi ſed ⁊ aliis, ſūma Ad. 2. rationem, reſponſio.

nāqꝫ dei liberalitas vult per opa bona ſanctoꝝ non ſolū eos p̄miare in celis, ſed ⁊ per illa alios adiuuare in terris, vt oſtēdimus ſupra, ſicut in ſimili eſt videre, Nam princeps aliquis militē ꝓpter actū ſtrenuū ⁊ multū ſibi gratū nō ſolū abūdanter remunerat, verū etiā propter eius fauorē aut p̄ces, alijs beneficia impendit, ſic Nabucbdonoſor nedum Danielē, ſomniū qđ aufugerat ſibi narrātē fideliter qꝫ interp̄tantē in ſublime extulit, munera multa ⁊ magna dedit ⁊ ſuper oēs prouincias Babilonis principē ac magiſtratū ⁊ p̄fectū cōſtituit ſup cūctos ſapientes, quo vtiqꝫ eū liberaliter ⁊ magnifice remunerauit, verū ēt ad verbū eius ſocios ſuos Miſacb, Sidracb, ⁊ Abdenago p̄fecit ſuper opera prouincie Babilōis. Itaqꝫ ſancti pleniſſime ⁊ liberaliter a dño recipiūt longe pluſquā meruerūt infinitū ſummū. ſ. bonū, Nihil omniū tamē dñs in tantā ſui eos recipit amicitiā, vt etiā beneficia donare velit alijs ad ipſos ſanctos recurrētib. Subueniūt etiā nobis ſancti in patria recētibus meritis, Nā oratione ſua licet nō ſibi tñ nobis multa merenť bñficia q̄re: ⁊c.

Exēplū i ꝓ poſito.

Daniel. 2.

¶ Quod vero vltimo arguunt heretici querendo, an videant deum exaudire vele, vel nō, neutrū dare oportet, nedum de finali ſalute eius pro quo orant, ſed nec de ſuę oratiōis exauditione. Nec oportet ꝙ ſi deus reuelet beato Petro Joānem petere ſaluari ipſum reuelari ſibi Joānem fore ſaluandū, aut orationem ſuam pro Joāne exaudiēdam vel nō, vnde ſi hoc nō reuelatur poteſt Petrus orare, ⁊ effectuꝫ expectare. Si aūt reuelaretur Petro determinate quod deus nolet effectū iſtum p̄ſtare. Petrus qppe nō oraret, ſi vero reuelatur quod exaudietur orabit nempe Petrus ⁊ nō fruſtra, quia ſicut deus vult

Ad vltimā hereticoꝝ rationē reſponſio.

Joānem ſaluare, ita vult per determinata media vt pote per oratione᷑ talis ſancti ipſum cōſequi ſalute᷑, Nō ergo ſanctoꝝ itercessiōe ꝑdeſtinatio mutaꝝ, ſed illud impetratur quod ad eorum ꝑces cōferri ordinatum erat ab eterno, ꝛ ſit patet ſolutio non tantū ex dictis ſed ꝛ particulariter ad antiquoꝝ, pariterq̃ modernoꝝ hereticoꝝ ſophiſticas rationes. Ceſſent igiꝝ impij Lutherani ita ſanctos verbis ꝛ ſcriptis. Magis autem ipſam diuinam ſcripturā obtenebrare, quinimmo bis quodāmodo infinitis ſcripturarum teſtimonijs, ac fortiſſimis rationibus ſeſe illaqueatos proprio ore profiteantur, cōuertantur, ꝛ veritatem agnoſcant: ꝛc.

Ad lutheranos exortatio.

¶ Subtiliſſima difficultas.

SEd hic meritiſſime queret aliquis, cum ſancti a nobis diſtantia longiſſima ſeiuncti ſint, quomodo orationes ꝛ clamores noſtros percipiāt? hoc eſt dicere quibus modis beati qui a corpore ſunt ſeparati ſiue etiā in corporibus glorioſis deo aſſiſtunt, audiant, ſeu ꝑces noſtras agnoſcant. Pro cuius difficultatis elucidatione ſciendum eſt quod Auguſtinus ſuper Geneſim ad literam diſtinguit duplicem cognitionem angeloꝝ, beatorum. ſ. matutinā ꝛ veſpertinam, Unde exponens illud Geneſis primo diuiſit lucem a tenebris. Appellauitq̃ lucem dié, ꝛ tenebras nocté, factūq̃ eſt veſpe ꝛ mane dies vnus, cognitionem angeloꝝ cōparat diei ſiue luci eiuſdem ꝛ ignorātiam nocti vel tenebris. Uult ergo q᷑ cognitio angeli dicaꝝ dies ꝛ q; diei due ſunt partes. ſ. principiū q᷑ diciꝝ mane, ꝛ finis q᷑ veſpa appellaꝝ, His cōparat duplicé angeli cognitionem. Cognoſcit. n. angelus res in creatore, ſiue in verbo, cognoſcit inſuper in creatura, ſiue cognoſcat in ſeipſo an

De duplici angeloꝝ cognitione.

gelo per ſpecies cõcreatas ſiue in propꝛijs generib᷒.
per ſpecies a rebus receptas. Pꝛima cognitio eſt ſupernaturalis ꝛ beatifica in lumine glorię. Secũda eſt nãlis in lumine naturę. Pꝛima nãq₃ cognitio ē qua angelus in verbo ꝛ lumine glorię beatificę cognoſcit, clare, ꝛ nude diuinã eſſentiã ꝛ creaturas in ipſo velut in limpidiſſimo ſeculo, ac exẽplari īmenſo ſibi relucẽtes, ꝛ hęc eſt perfectiſſima, q̃ vere, pꝛopꝛie, ꝛ ſimpliciter dicit̃ cognitio matutina, ſicut cognitio cõcluſionis cognitis pꝛincipijs, ſiue hęc cognitio infundat̃ angelis beatis īmediate a verbo, ſiue eliciat̃ ab intellectu angelico, lumine glorię eleuato. Secũda cognitio eſt qua angelus in lumine naturę .i. naturali ītellectu ſui virtute ꝛ viuacitate cognoſcit res creatas, ſiue i ſeipſo ãgelo, ſiue in ipſis rebus cognitis ad intellectũ, ſtatim ſupꝛa exp̃ſſum, ꝛ ex rebus ſic cognitis, creatis, ꝛ factis aſcendit ad
Ro. I. creatoꝛis cognitionẽ ſm̃ illud Apoſtoli. Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea q̃ facta ſunt intellecta cõſpiciunt̃: ꝛ hęc quidẽ ſecũda cognitio pꝛopꝛie dicit̃ veſpertina, q̃ eſt cognitio rerũ in creatura, q̃ inquantum eſt creatura in declinatione eſt ꝛ caſu. Pꝛima vero merito appellat̃ matutina, q2 eſt in verbo qđ eſt pꝛincipiũ rerũ. Omnia nãq₃ ꝑ ipſu₃ facta
Joãnis. I. ſunt, ꝛ ſine ipſo factũ eſt nihil, ꝛ queadmodũ dictũ eſt de angelis ita pari ratione dicendũ eſt de ſanctis, qui ꝛ ipſi hãc duplicẽ cognitionẽ hñt matutinã .ſ.
Duplex ſanctoꝝ cognitio. ꝛ veſpertinã: Matutinã nẽpe cũ in verbo ꝛ in lumine glorię agnoſcũt beatifice, clare, ꝛ nude diuinam eſſentiã, creaturas quoq₃ in ipſo tanq̃ (vt de angelis dictũ eſt ſupꝛa) in limpidiſſimo ſpeculo ꝛ exemplari immenſo ſibi relucentes. Audiunt t̃n ꝛ tantũ intuẽtur in verbo, quãtũ placet verbo illis oſtẽdere in quo

re in quo vident, Sed qm̄ placet verbo reuelare omnia ſanctis ſuis que ipſis ab hominibus offerūtur, ſiue ipſos magnificādo laudādoue, ſiue eos oꝛādo ac auxilia implorando, Ideo magnificas nr̄as laudes ad ipſos directas, ſiue orationes ac noſtras deprecationes ſancti in verbo vident ꝛ agnoſcunt cognitiōe vꝫ matutina. Quod autē placeat deo huiuſmodi viatoꝛū petitiones reuelare ſanctis ſuis hoc pꝫ co qđ gaudiū ē angelis dei de vno peccatoꝛe pęnitētiam agente, quā quidē pęnitentiā agnoſcere poſſunt matutina vel veſpertina cognitione, ſicut.n.angelis ita ꝛ ſanctis qui deo aſſiſtunt conuerſiones ac noſtrę petitiones innoteſcunt in verbo dei quod contēplātur, Coadiutoꝛes qdē ſunt dei in procurādo ſalutē electoꝛū meritis ꝛ interceſſionib. tāquā per media ad hoc ęternaliter oꝛdinata, iō reuelātur eis oꝛationes viatoꝛū ꝓ quibus intercedāt. Et hoc etiam ad gaudium eoꝛū accidentale, plurimum.n. letantur dum intelligunt homines in terris degentes eoꝛuꝫ ſuffragia poſtulare quatenus cōciues fiāt in illa cęleſti curia, ſicut ꝛ plerıqꝫ ex ipſis ſalutē aliorum ſunt oꝛationibus cōſecuti. Alia inſuper cognitione veſpertina in pꝛopꝛio rerum genere valēt ſancti cognoſcere oꝛationes noſtras vocales dum ad ipſas habent debitam appꝛoximationē ꝛ p̄ſentiā, vel per angeloꝛū reuelationē.ꝛc, Luc.15.

¶ Habes igitur doctiſſime lectoꝛ ex his hanc infallibilem veritatem qđ.ſ. ſancti oꝛant pꝛo nobis in cęlis ꝛ quibus modis noſtras agnoſcunt depꝛecationes contra falſa Lutheranoꝛū dicta, quę quidē veritas licet ſit quodāmodo infinitis ſcripturarū teſtimoniis ſufficiēter roboꝛata. Poſſunt tamen ad maioꝛē eius cōfirmationem dicta ſanctoꝛum patruꝫ in Supꝛadictoꝛū Epilogatio.

medium adduci. Que licet Lutherani nõ ad mit-tant attamen pro maiori fideliũ robore nõnulla il-lorũ dicta adducere nõ erit inutile. Ait.n. Hiero-
Hierony. nymus contra Uigilantiũ, apoſtoli ⁊ martyres ad buc in corpore conſtituti poſſunt orare pro ceteris quãdo pro ſe adhuc debebãt eſſe ſoliciti, quãto ma-gis poſt coronas ⁊ triũphos orauerũt in via exiſtẽ-tes: poſtquã aũt cũ Chriſto eſſe ceperũt minus va-lebũt: tũc ora clauſuri ſunt: ſed hoc nullo modo cre-
Bernard⁹. dendũ eſt. Proinde Bernardus in ſermone de vigi-lijs apoſtolorũ Petri ⁊ Pauli, qui potens eſt inqt in terra potẽtior eſt in celis ante faciẽ dñi dei ſui. Si.n. dũ adhuc viueret miſertus eſt peccatoribus ⁊ orauit pro eis. Nunc tanto amplius quãto verius cognoſcit miſerias noſtras orat pro nobis patrem, qr illa beata patria charitatẽ nõ minuit, potius au-tem augumẽtauit.

Aug.22. de ciui. dei. c.8 ⁊.25. ¶ Preterea Auguſtinus miracula recitat quibus ipſe vt plurimũ intererat, interq̃ ⁊ mortuorũ ſuſ-citatiõẽ cõnumerat, q̃ martyrũ interceſſione a dño ſunt exhibita, vñ manifeſtũ ẽ quã temeraria ac blaſ-fema eſt Lutheranorũ heresis, qui honorẽ glorioſe virgini omnibuſq̃ Patriarchis, Prophetis, Apo-ſtolis, Martyribus, Cõfeſſoribus, Uirginib. Cõ-tinẽtibus omnibuſq̃ debitũ electis tollere conan-tur, immo Dominũ qui in ſanctis ſuis in quib. tot mirabilia operat̃ ⁊ laudat̃ valde nequiter blaſfema-re nõ deſiſtũt, qui tamẽ nõ ſunt in ſcripturis ſanctiſ

Matth. 25. his patribus doctiores. Ait.n. dñs quãdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis mihi feciſtis. itaq̃ honor exhibitus ſanctis exhibetur deo, Salo

3. Reg. 2. mon deniq̃ Thronũ matris ſue iuxta Thronum ſuum collocare p̃cepit, verus pacificus Salomon

Chriſtus honorans matrem ſuam idem facit. Superfluū inſuper puto adducere Ambroſium, Gregorium, Bedam, Chriſoſtomū, ceteroſq; innumeros in re tam manifeſta. Cū eccleſię vniuerſalis ritus ꝛ doctrina vetuſtiſſimi nos doceant ſanctos venerabiliter inuocare cuius excellētiſſima eſt authoritas, a qua diſſentire catholico fas nō erit. Docto. eccleſie aduerſantur hęreticis.

¶ Lutherana quedam obiectio.

Et ſi dicat hęreticus ſolus Chriſtus eſt lux mūdi ipſo dicēte. Ego ſum lux mūdi, de quo etiam Joānes, erat lux vera quę illuminat omnē hominē venientem in hūc mundū. De Baptiſta vero, non erat ille lux. ſed vt teſtimoniū perhiberet ꝺ lumine. Ecce euāgeliſta negat Joānē eſſe lucē. Item ſolus Chriſtus eſt Rex regum, ſolus Rex cęli, vita, dulcedo, ꝛ ſpes noſtra, ſolus qui aperuit ianuā paradiſi, ergo huiuſmodi falſe attribuūtur Virgini ſacre aliiſq; ſanctis in orationibus noſtris, quare ſaltem habetur quod taliter nō debemus orare Virginē matrem, quoniā hęc ſoli Chriſto merito attribuenda ſunt, aliter derogatur eius dignitati. Joā. 6. ꝛ. 8. Joānis. 1.

¶ Reſpondetur qꝺ licet ſolus Chriſtus ſit lux vera nihilominus de Joāne baptiſta dixit iudeis ille erat lucerna ardēs ꝛ lucens, ꝛ ille idē apoſtolis ait. Vos eſtis lux mundi, Chriſtus igitur ſolus eſt lux per eſſentiā ſicut ſanctus ꝛ bonus. Nō Joānes baptiſta, neq; Apoſtoli, qui tamen boni, lux ꝛ luminaria fuerunt in mundo per participationē, ita ꝛ dei genitrix virgo regina cęli, Mater miſericordię, vita, dulcedo, ꝛ ſpes noſtra dicit̄, q2 gratiā apud deū inuenit, Chriſtū quoq; vitę nr̄ę reparatorē ſpū ſancto cooperāte cōcepit, ꝛ peperit, ꝛ ſicut xp̄m q eſt ad dexterā patris, ꝛ īterpellat ꝓ nobis, aduocatū apud Reſpōſio.

eundem habeamus. Ita huius noſtri aduocati matrem gaudemus nos habere aduocatam apud pa-
Philip.4. trē ꝛ filium dicētes. Eya ergo aduocata noſtra. ꝛc.
Unde ſi philippēſes fuerunt diuo Paulo gaudiuꝫ
1. Theſſa.2 ꝛ corona, Et Theſſ. ſpes, gaudiuꝫ, ꝛ corona glorię, cur non idem erit nobis glorioſa virgo mater Maria? Non igitur eſt Chriſti derogare dignitati. qđ beatam Uirginem ita ſalutando honoramus. Imo totum honorem quem diuę Uirgini impendimus redūdat in Chriſtum dei ac Uirginis filium,
Joānis.12. ꝛ.2. Cor.1. Uirginem quippe matrem honoramus in filio. Et filium in virginę matre. Quēadmodum qui filiuꝫ
Joānis 14. honorat, honorat ꝛ patrem, ꝛ ēconuerſo. Deus eſt pater miſericordiarum. Cur dei genetrix nō erit mater miſericordię, deus rex cęli ꝛ terrę? cur dei mater non erit regina cęli? Chriſtus via veritas, ꝛ vita cur non etiam Chriſti mater? quę gratiā apud deū inuenit ꝛ ſaluatorē nr̄m Jeſum xp̄m ſalutis noſtrę authorē nobis edidit? Liquet etiā qđ porta cęli nō fuit principaliter clauſa pp̄ peccatū euę, potius aūt p adę peccatū, nec fuit principaliter reſerata p Uirginē matrē ſed p xp̄m. Nihilominus ſicut eua fuit autrix peccati. Ita beata virgo autrix gratię. Et ſicut illa fuit cauſa ſalterꝫ mediate vt porta cęli clauderetur, ita pari ratione iſta vt aperiret, Ideo ecclia ſanctę ꝛ iuſte. cōtra Lutheranorū peſtē, orat dicens Paradiſi porta p euā cunctis clauſa eſt, ꝛ p Mariā virginē iterum patefacta eſt. Et hęc de oratione dei ꝛ ſanctorū hic dicta ſufficiant. Alia vero. quāplura ꝛ doctiora habebis ſuper Mattheū quare, ꝛc.

¶ Ex nobiliss. Tractatu de Adoratione dei omnipotentis ꝛ ſanctoꝝ, ac reliquiarū, imaginūq; veneratione. Quinta cōclusionū diſputatio Concluſio prima.

ET licet ſolus Deus magnus ꝛ omnipotens latria adoratione ſit ſingulariter adorādus hoc ē fide ſpe. ꝛ charitate. Non incōuenit tamē nos ſanctos adorare, pariter ꝛ āgelos, alia ſ. quidem adorationis ſpecie, homines quoq; venerari ſacris atteſtātib⁹ elogiis

¶ More ſolito procedendū notando eſt pro Cōcluſionis veritate ac maiori huius tractatus elucidatione qđ communiter a Doctoribus p̄cipue autẽ a beato Auguſtino. 10. de ciui. c. 1. Et in Enchiridio. c. 2. ꝛ ſequentibus ponuntur tres ſpecies adorationis, ſiue venerationis quę grecis frequēter nominātur vocabulis. s. Theoſebia ſiue latria, dulia, ꝛ hyperdulia. Utimur autē grecis vocabulis, quia in latino eloquio non habemus nomina ſimplicia, quibus explicētur, quę per hec nomina intēdimus deſignare. Per latriam igitur in propoſito intelligēda eſt Theoſebia. i. cultus vel ſeruitus ſoli deo debitus. Qui quidē cultus, adoratio ſtrictiſſime ſumpto vocabulo merito dici debet. Hec autem latria adoratio dupliciter diſtinguitur. ſ. in interiorē, ꝛ exteriorem. Interior nempe latria dicitur actus fidei Spei. ꝛ charitatis, Unde quoties actū fidei Spei. ꝛ charitatis erga deū elicio toties deum colo deū

Tres ſpēs adorationis

veneror deum adoro. Exempli cauſa cũ enim in deo ſũmũ dominiũ credo meditor agnoſco ipſumqȝ vniuerſale principiũ, creatorẽ, gubernatorẽ ⁊ principẽ In ipſo quoqȝ conſiſtere ſummũ dominiũ omnẽqȝ poteſtatis plenitudinẽ, ſine cuius nutu nec folium cadit de arbore, in cuius manu omnia ſũt poſita, cu ius voluntati reſiſtere nullus poteſt, cuius ſapiẽtiã nihil latere, prouidẽtiã cuncta diſponere credo. Cũ inſuper fideliter credo eius bonitatez liberaliſſime cõmunicare, ac omnibus datũ eſt eſſe ⁊ viuere, creata cõſeruare. cõſeruata in ſuos proprios fines fortiter ſuauiterqȝ ordinare, ſueqȝ beatitudinis rationalem creaturã participem facere, lapſa reparare, per petueqȝ captiuitatis filios ſuos ſanguine redimere redemptos glorificare, nulla ſui vtilitate aut neceſſitate. Sed miſericordiſſima ac perpetua qua nos dilexit charitate ac cetera innumera infinitę ſue perfectionis opera mente profiteor. Hęc credendo ac meditando actu fidei, deũ adoro atqȝ colo. ⁊c.

modus adorãdi deuz p fidem.

Cumqȝ ex borũ pertractatione agnoſco ipſum deũ eſſe rationalis creaturę bonuz quam ad ſe beatifice poſſidendum ac fruẽdum creauit. In quo tãquam ſũmi boni poſſeſſione quicquid deſiderari poteſt ampliſſime habetur. Ac per hoc aſſurgo ad concupiſcendũ ipſum ⁊ pp eũ ſic poſſidendũ perpetuo, oĩa alia paruipendo. Incipio eum diligere amore cõcupiſcẽtię q quidem amor eſt proprius actus ſpei ſiue ſpes.

modus adorandi deũ p ſpem.

¶ Cum vero vltra progredior meditando omnem ſuã liberaliſſimam diffuſionẽ non ex preuenientib. creaturę meritis, ſed intrinſeca ac naturali bonitate ſua. Tunc per hoc ſolum ipſum eſſentialiter bonuz eſſe, ſibiqȝ ſolũ ſufficientiſſimum ac ſũme perfectuz

modus adorandi deũ p charitatem.

ꝛ pꝛopterea ab omni ſua creatura coli, revereri, honoꝛari, timeri, pꝛopter ſe ꝛ ſuper omnia amari. Sicq; ſeruiri ꝛ ſubijci debere digniſſimum eſſe debitum ꝛ iuſtiſſimū recte arbitroꝛ. Et id circo actū pfecte dilectionis ſeu pfectiſſimū amoꝛē quo ipſū nō pp comunicata beneficia ſed pꝛopter ſe ipſuʒ, elicio. Sint quoq; mihi creationis, cōſeruationis, redemptionis, iuſtificationis, gratificationis ac beatificationis beneficia, vie quedā ꝛ effectus excitantes ꝛ docētes me ad diligendū deū finaliter pp ſe. Et hic qppe actus dilectionis pfectus; eſt, ꝛ amoꝛ amicicię, ac fruitio pꝛopriuſq; effectus charitatis quo deū colo Theologica charitate. ꝛc.

¶ Hij ſunt igitur actus interioꝛis reuerētię, honoris, ac cultus latrię quibus deū extollimus, magnificamus ſuper oīa, ꝛ tanquā vnicū ſūmū bonū adoramus, quare concludendū eſt, qꝺ nihil aliud ē deū adoꝛare, magnificare, extollere, ac revereri, niſi ſolū deū eſſe talem credere, ꝛ talem deſiderare ac ipſum ſuper oīa diligere. Habes igitur ex his candide lectoꝛ, qd eſt colere ꝛ adoꝛare deū actu īterrioꝛi qꝺ breuiſſime dici poteſt ei adherere, fide, ſpe, ꝛ charitate. Ille nēpe perfecte deū adoꝛat, qui totā fidem ꝛ ſpē pariter ꝛ amoꝛē totū in deū ponit. Hic.n. eſt verus dei cultus quo pater celeſtis colitur in ſpiritu, ꝛ veritate, Secundū illud ſaluatoꝛis. Veri adoꝛatoꝛes adoꝛabūt patrē in ſpiritu ꝛ veritate. i. non in tēplo, non in hoc monte, ſed interius in intimo coꝛdis tēplo ꝛ in veritate agnitionis. Nam in ſpiritu. i. in ſpiritu ſancto ꝛ ī veritate, hoc eſt in filio qui eſt via, veritas, ꝛ vita, opoꝛtet deum patrē adoꝛare qꝺ idem eſt dicere in trinitate pſonaꝝ decet adoꝛare deū.

Cōcluditur hic dei adoꝛatio ꝛ qualiter debet adoꝛari.

Jo. 4.

¶ Adoratio latria exterior ſignum eſt aliqd' ſenſibi le in proteſtationē latrie exterioris exbibitum vt ſūt actus ⁊ geſtus exteriores quibus quis profitetur intus ſe credere, ſperare, ⁊ amare deum, vt ſūmum bonum omniū creatorē ſalutis ⁊ omnis boni princ ipium atq3 finem. Sunt autem hij actus rictus q dam, qui ſecundum chriſtianę relligionis pietatem obſeruantur, vt oblatio ſacrificii, laudum ⁊ cant'co rum vocalis prolatio, manuū compoſitio aut exten ſio, pectoris tunſio, capitis nudatio, genuū inflexio corporis totius proſtratio, ⁊ ſimilia. Et merito nēpe hac duplici adoratione vti debemus quoniā ex du plici natura compoſiti ſumus intelligibili. ſ. ⁊ ſenſi bili, Ideo duplicē adorationē deo offerimus. ſ. ſpi ritualem quę conſiſtit in interiori mentis deuotiōe, ⁊ corporalem que conſiſtit in exteriori corporis hu miliatione. Et hęc de latria duplici adoratione dei pauca ſufficiant. ⁊c.

De dei ado ratione exte riori.

Cur utimur duplici ado ratione.

¶ Secunda ſpecies adorationis dicitur dulia, a do los grece qd' eſt ſeruus latine inde dulia. i. ſeruitus Dulia igitur comuniter ſumpta eſt ſeruitus quedā reuerentię ſecundū quā rationales creaturę ⁊ itel lectuales ſe mutuo honore pueniunt ⁊ venerantur, propter quaſdam ſpirituales rationes. ſ. ppter ali qd' diuinum vel virtuoſum in ipſis repertum, aut ſaltem eis poſſibiliter non excluſu3, q2 ſecundū hoc legitur homines alios quoſdam adoraſſe, videlicet ad captandū beneuolētiā, vel mitigandam irā, aut potius ⁊ melius ad deſignandū aliquā virtutē, ſeu in ſignu3 ſpiritualis amoris ⁊ amicitię Sic legitur de Moſe qui egreſſus in occurſum cognati ſui Je tro ipſu3 adorauit. Sic Jacob de Moſopotamia p grediens in terrā pronus adorauit ſepties fratrem

Exo. 18.

ſuū Eſau appropinquātē. Et Dauid adorauit Jo- Gene. 33.
nathā filiū Saul, ⁊ multi alij vt claret in ſcripturis 1. Reg. 20.
alios adorauerunt. Et hoc quidē modo extendit ſe
hęc dulia adoratio ad omnem creaturā nō damna-
tā. Nō. n. extendit ad demonęs ⁊ reprobos ꝑ dāna
tionis ſententiam a beatitudine perpetuo excluſos
In quibus, ⁊ ſi imago dei quātum ad naturalia
perſeuerat, nec deleri poteſt. Tamē q2 a deo ꝑpetuo Demones ⁊
ſeparati, ⁊ beatitudinē ſecūdū ordinatā dei potētiā dānati nul-
adipiſci nō poſſunt. Tāquā inimici a deo proſcrip lo modo de
ti a nobis nullatenus ſunt honorandi. Alię vero ra bēt adorari
tionales ac intellectuales crature, propter alias gra
tias, ⁊ dona gratis data naturalib. ſuper addita vt
ſapiētia, virtus. ⁊ cetera dona gratis data, q̄ ad ędi-
ficationē, vel ęccleſię, vł ꝑſone adeo donātur hij, nē
pe tales dulia adoratione adorari merēt. Ait. n. phi
loſophus. Honor qui ē dulia adoratio eſt exhibitio Gen. 41. Da
reuerētię in teſtimoniū virtutis, ethicorū. 9. Et pro nie. 2.
pter hoc Pharao honorauit Joſeph. Et Nabuch. Leuiti. 19.
Danielem. Lex inſuper docet ſenes honorādos. d.
Corā cano capite cōſurge, ⁊ honora ꝑſonā ſenis. Et
time dominū deum tuū, Magis autē gratiā dei ha
bentes honorandi ſunt de quibus beatus Grego- Qui ſūt hac
rius ſuper Ezechielem. Boni ⁊ virtuoſi honorādi adoratione
ſunt ne fortaſſe ꝑ eos ille prouocetur qui eorū corda adorādi.
inhabitat. Maxime vero creatura iā beata rationa
biliter eſt adoranda, quēadmodū Abraā adorauit Gene. 18.
angelos, Joſue inſuper cecidit pronus in terrā ado
rās angelum. Verū qđ intelligi poſſunt in angelis Joſue. 5.
ꝑſonam domini adoraſſe mittentē. Nos igit ⁊ prin
cipes ratione dominii ⁊ eccłię ꝑlatos ratione di-
gnitatis, ac virtuoſos viros, ex debito iuſtitię hono
rare debemus. Magis autē viros ſāctos ⁊ homines

in dei gratia exiſtẽtes, cognitis eorum operibus bonis, pcipue autẽ beatos in celis, omneſqꝫ creaturas in gloria celeſti triũphantes, hac dulia adoratione rationabiliter adorare tenemur. Sed plurimũ aduertendũ eſt circa huiuſmodi duliã adorationẽ, ne illa diuina ⁊ ſuperna adoratio latria q̃ ſoli deo merito attribuit exhibeatur creature. Qua de re nõ ſine rationabili cauſa Joãnes angelũ ſibi loquentem adorare volẽs prohibitus eſt ab eo dicẽte. Uide ne feceris tum ad oſtendendũ hominis dignitatẽ, quã cõſecutus eſt per chriſtum, vt angelis equetur. Unde ſubditur ibidem conſeruus tuus ſum ⁊ fratrum tuorũ. Tũ ad excludẽduꝫ idolatrie occaſionẽ, ideo ſubiũgit. Deum adora, ſi quidẽ propter huiuſmodi occaſionis vitationẽ Mardocheus noluit adorare ſuperbiſſimum amam. Timens ne honorem dei transferret ad hominẽ, put in Heſter clare habet.

Optima aduertẽtia circa hominis adorationẽ

Apoc. vltimo.

Heſter. 3.

¶ Tertia ſpecies adorationis dicitur hyperdulia ab hyper qd' eſt ſuper quaſi excelẽs dulia. Et eſt ſeruitus quedã reuerẽtie exhibita ratione excellentie ſingulariſſime eminẽtis in eo cui exhibet. Qualis eſt reuerẽtia exhibita virgini glorioſe in qua eſt prerogatiua excellẽtiſſime, ⁊ ſingulariſſime dignitatis pure creature cõceſſa in eo qd' eſt mater dei. Quo excellit Cherubin, ⁊ Seraphin ac omnes angelos ſpiritus Sed in ſuper cõſiderandũ eſt qd' hyperdulia hec adoratio attribui poteſt monarchijs eccleſie pape ⁊ Imperatori faciẽdo tamẽ cõparationẽ ſtatuũ, ⁊ officiorũ ac dignitatũ in eccleſia militãte, ⁊ ibi manẽdo preciſe. Jn his. n. ſupremus ⁊ excellẽtiſſimus ſtatus in ſpiritualibus eſt papatuꝫ, in ſecularibuꝫ vero eſt maeſtas imperialis. Sic admittit papa tãquã ſupremus hierarcha, in policia eccleſiaſtica vt ſibi fi-

Nota d̾ monarchis eccleſie militãtis.

deles proſternãtur vſqȝ ad pedũ oſcula. Nõ quidẽ ratione ſanctitatis pſonalis (ſi recte ⁊ ſibi cõſcius ⁊ rõis cõpos. Cũ ſit homo fragilis neſciẽs ſicut ceteri an amore vł odio dignus ſit) ſed rõe dignitatis ſui ſtatus, quia vicarius eſt xpi in terris, qui poteſtatis plenitudinẽ cõceſſit Petro ⁊ cuilibet ſuo legitimo ſucceſſori (vt alibi clarius patebit cõtra impios pri matus Petri ⁊ eccleſię ſancte dilaniatores) Hinc fortaſſis crucẽ gerit in ſandaliis quã oſculandã of= fert, tanquã locũ gerẽs crucifixi. Honorẽ illũ nõ ſi= bi vſurpans, ſed in dominum cuius ſignum oſcula tur retorquẽs Claues etiã habet in ſigno, qr ſucceſ= ſor eius ẽ, cui ſingulariter clauiũ poteſtas in ſua ple nitudine eſt collata. Sic imperatores, ⁊ reges, pa= tiũtur proſtrationes, ⁊ vſqȝ ad terrã genuflexiones ſibi exhiberi. Queadmodũ legit in lib. regũ. De da uid q nõ repulit adorantes ſe ſuper faciẽ terrę. Sed magis petita cõceſſit, in quo nõ reprehẽdũtur tãqȝ honorẽ ſibi idebitũ arogãtes, Verũtamẽ cõparãdo hyperduliã ad vniuerſitatẽ creaturarũ nõ põt reue rẽtia illa q̃ exhibetur pape, regibus, ⁊ imperatorib. hypedulia ꝓprie nũcupari, ꝓut ſupra declaratũ eſt. 2. Reg

¶ Dulia vero minor ſiue ſimpliciter dicta eſt reue= rẽtia cõmunis alicui exhibita nõ in atteſtationem alicuius excellẽtię ſingulariſſimę. Sed ſecũdũ rõeȝ excellẽtię cõmunẽ multis, qualis eſt reuerẽtia exhi bita ꝑlatis, inferioribus in ſacris ordinibus cõſtitu tis, aut in dignitatibus ſeu pſonis virtuoſis aut ho minib. ſapia ꝑexcellẽtib. Quinimo ⁊ beatis ãgelis, ac animab. ſanctis, potẽtib. nobis ferre auxiliũ aut noſtrã indigẽtiam releuari vt ſupra diximus. Et ſic ex omnib. iſtis euidenter liquet, multis ſcripturaꝝ teſtimonijs, q̃lit deus adorãdus ẽ pariter ⁊ angeli

Ex dictis in fertur cõclu ſio prima.

necnõ homines cõprehenſores, ⁊ viatores ſiquidem adorandi ſunt. Diuerſa tamen adorationis ſpecie, que fuit noſtra prima concluſio ⁊c.

¶ De imaginum adoratione.

Quoniam autem immenſam hanc adorationis prouinciã agreſſi ſumus, nempe nulla neceſſaria, ⁊ que ad hanc materiam ſpectare videntur pretermittẽda ſunt, ne indiſcreta noſtra adoratio ſit, aut negligens, ⁊ ne forte Chriſtus clamet cõtra nos. Uos adoratis qđ neſcitis, ⁊ ne inſuper illud aliud audiamus. Quãdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Inquiramus igiť an creature rationales, ⁊ res inſenſibiles a nobis adorande ſint. vt exempli cauſa crux Chriſti imagines ſanctoꝝ, ⁊ relliquie, ac cetera ad Chriſtũ vel mẽbra eius, hoc eſt ſanctos pertinẽtia. Secũdo an humanitas Chři ſit latria veneratione adoranda, ex q̃bus etiã clare patebit, qualiter ſacratiſſimũ Chriſti corpus in ſacramẽto altaris ſit adorandũ. Sed primo de imaginibus dicendũ eſt. Pro quibus eſt notãdũ qđ duplex eſt imaginũ repñtatio. vna q̃ fundatur in ſimilitudine rei repñſentantis ad repñſentata, q̃ imitatur ipſaꝫ in quibuſdã accidentib. ſimilib. ſicut imago picta, vel ſculpta ſꝫ ſimilẽ ꝓtractionẽ, ⁊ figurationẽ mẽbroꝝ xp̃i. ſiue in ea figura. in qua natus eſt, vel in qua p̃dicauit, aut in qua crucifixus eſt, ⁊ in ligno pepẽdit. ſiue qua a mortuis reſurrexit, aut aſcendit, vel ad iuditiũ vẽturus expectatur. ſecundũ quã in recordationẽ venire facit perſonam xp̃i veri dei ⁊ hominis, ⁊ pari ratiõe de alijs ſanctis dicendũ eſt. Secũda eſt repñſentatio nõ ex aliqua p̃dictarũ ſimilitudinũ, ſed ex volũtate, ⁊ beneplacito dei, qui voluit per aliqua p̃cedentia facta Chriſtũ ſi

Ioãnis .4.

Matth .25.

Pulcherrime difficultates.

Notabile primũ.

duplex imaginũ repñſentatio.

gnificare, ⁊ figurare, ſicut petra deſerti, ⁊ Serpens eneus Chriſtũ figurabant, ⁊ alia multa q̃ in veteri teſtamento habentur: ⁊c.

¶ Secũdo notandũ eſt, qđ in adoratione imaginũ ⁊ alioꝝ p accidens adoratoꝝ quãuis ſit vnus actus exterior, vt genuflexio, vel aliud ſignum reuerẽtię. Tamen in adoratione interiori. ſ. mẽtali, ⁊ intelle- ctuali tres poſſunt cõſiderari actus, ⁊ formari cõce- ptus. Exẽpli cauſa, vt hanc difficultatẽ facilius in- telligere valeamus. Ponať ãte oculos noſtros ima go aliqua dñi noſtri Jeſu xpi, vel alterius ſancti, tunc dico qđ iſtius imaginis poſſunt formari tres cõceptus, vel actus realiter diſtincti. Unus qui ab ſolute terminať ad imaginẽ illã, put eſt hęc res ma terialis vtputa lapis, vel auꝝ, aut lignũ, aut metallũ ⁊ ſm huiuſmodi abſolutũ cõceptũ dicendũ eſt, qđ talis imago nullo modo adoranda eſt aliqua adora tionis ſpecie. Quinĩno neq; aliquo actu exteriori eſt venerãda, q: talis imago cõſiderať in ſe tantũ, ⁊ abſolute, ſecũdũ qđ eſt lignũ, lapis, aut metallũ, ⁊ nõ ſm rationem ſigni, ⁊ imaginis. Jdeo adorando hãc imaginẽ ita abſolute cõſideratã, eſt idolatrare. Infelices quippe ſunt, ⁊ inter mortuos ſpes illoꝝ q appellãt deos ſuos opa manuũ ſuarũ. Quapp etiã pari ratione dicendũ eſt, qđ illa q̃ nõ habent aliquã rationẽ imaginis minus ſunt adorãda, aut aliqua veneratione colenda. ſicut petra deſerti, ⁊ Serpẽs eneus. Jn illis. n. nõ apparet aliqua ſenſibilis imi tatio ſimilitudinis. ratione cuius repẽſentet ſtatim Chriſtũ. Sed dũtaxat ex aliquo occulto miſterio. Unde ⁊ figurę miſtice dicebãtur, pp qđ nõ ſtatim intuentẽ in rememorationẽ figurati perducebãt, ⁊ ſic facile adoratio ad rem illã figurãtem, ⁊ non ad

Notabi. 2.

Primus cõceptus.

qualiť imagines ſunt adorãde, ⁊ qualiť nõ.

figuratū protenderet, qđ cōſiderans rex Ezechias Serpentē ęneū qui iuſſu dei per Moyſen fuit erectus vt ipſius aſpectu iudei a morſibus Serpentū ſanarētur, laudabiliter cōtriuit, optime cōſiderans populū ipſum Serpētem adorādo gloriā nō deo, ſed ſerpenti tribuere. Hac etiaꝫ de cauſa. ſ. ad idolatriā euitandā p̄cepit deus iudeis ne facerēt ſculptile, vt in multis ſcripturarū locis habet. Secundus cōceptus, vel actus illius imaginis poteſt formari ꝛ terminari ad imaginē illam, nō tamen abſolute vt ē hęc res materialis vtpote, hic lapis, hoc aurū, vel lignū, ſed ad rem ipſaꝫ nō abſolute, ſed reſpectiue inquātū eſt imago Chriſti, vel alicuius ſancti, ꝛ hic nēpe actus eſt quedā recognitio, quare cognoſco rem illam vt ordinatā ad rep̄ſentandū Chriſtū, Seu ꝯceptus, vel cōplacētia quā mihi cōplacet res illa, vt talis imago honoranda propter prototypū, ꝛ ſecūdum huiuſmodi actū vel cōceptum dicenduꝫ eſt verę ꝛ catholicę qđ talis imago pōt, ꝛ debet venerari, ſeu adorari dulia vel hypdulia adoratione, nō autē adoratione latria. Nō. n. video eſſe benedictū qđ eodem honore honoret deus, ꝛ imago eius. Conſtat quippe maniſeſtiſſime qđ in imagine etiā Chriſtū rep̄ſentāte nō eſt ponēda tota noſtra fiducia, ſpes, ꝛ amor. Ideo imago Chriſti nō eſt adorāda adoratione latria proprie dicta. ſ. fide, ſpe, ꝛ charitate, q̄ ſolus deus, ꝛ Chriſtus, verus deus ꝛ homo eſt hac adoratione adorandus, pari inſup ratione credendū eſt de imaginibus alioꝝ ſanctoꝝ, q̄ nō ſunt ita adorandę, ſalteꝫ adoratione interiori, ſicut ſancti quorū ſunt imagines, licet vt diximus ſint aliquo actu exteriori venerandę, Secūdum autem qđ rep̄ſentant, vel ordinate ſunt ad rep̄ſentandū Chri

4. Reg. 18.
De. 2. cōceptu.

Nota authoris ſententia.

ſtum, vel beatam Uirginem, ſeu beatū Petrū, aut alios ſanctos ſunt huiuſmodi imagines magis vel minus venerandę, colendę ⁊ honorādę, ac in eccleſiis, ⁊ oratorijs habende. Nūquā tamē credendum eſt in illis eſſe illaꝫ gratiā, ⁊ ſanctitatē, ſeu virtutē, ac poteſtatem, q̄ reperitur in Chriſto ⁊ ſanctis eius ⁊c. Ex dictis igitur patet, quorūdam hominum ſtolidus error qui adeo ad imagines afficiūtur, vt in ipſis credant eſſe aliquid numinis gratię, vel ſanctitatis, quibus potentes ſint facere miracula, p̄ſtare ſanitates, eripere a periculis, ⁊ a nocumētis, ac inſidijs p̄ſeruare, ex hoc aſſurgentes ad eorum venerationē, vt p̄miſſorum aliquid cōſequantur. Arguit inſuper nōnullorū indocta ſimplicitas, ⁊ indiſcretio. qua reuerentius adorant imagines pulchras quam turpes, nouas quā vetuſtas: necnō ⁊ ornatas venuſtiori auro, ⁊ purpura quā nudas, credentes eas eo ſanctiores, quo precioſiores, quod cōfirmat beatus Bernardus dicens. Offertur libentius auro tectis vbi magis cernitur diuitiarū cumulus. Arguitur deniq̃, ⁊ aliorum rudis leuitaꝫ, qui improuide vota emittunt, ⁊ ad peregrinandū ſe obligāt, nunc ad illam, nunc ad aliam ęccleſiā intuitu certarū imaginum, credentes illas maiori in illa quam ſimiles in alijs fulgere virtutibus, clarere miraculis, ⁊ maiori fulciri poteſtate. Hęc quippe omnia in uanā trāſeunt ſuperſtitioneꝫ, in quam non inciderent, ſi rationem adorationis, ac veri cultus attenderent, aut ſi ignorant informationem humiliter a doctoribus reciperent. Patet ſiquideꝫ imagines fore res inſenſibiles, quę ex certa partium ſuarum figuratione, ⁊ ordine, imaginis nomen ſortiūtur. vnde eius conuenit res alias ſignificando rep̄ſentare. Uis. n. hō

Error ignorantiū.

Qualit' iſti adorant imagines.

Modus lo= quendi. qui ſumme delectaris in imaginū adoratione, adora re verā imaginē dei: potius adora creaturas ratio nales in quibus eſt vera imago, ꝛ ſimilitudo dei. Fuerūt nēpe create ad imaginē, ꝛ ſimilitudinē ei⁹. In quibus etiam eſt aliquod diuinū, puta virtus, poteſtas, aut excellētia aliqua ſingularis a deo par ticipata, quorum, quia neuter reperitur in imagine pure materiali. Nulla talis propter ſe eſt adoranda, neqꝫ auxilium quodcunqꝫ ab eis poſtulādum eſt. Neqꝫ.n. vident, neqꝫ audiunt, neqꝫ ſe intelligūt ve= nerantes. Sūt.n. creaturę inanimatę, quibus neqꝫ eſt ſenſus, neqꝫ intellectus ꝛc. Omnia quippe q̄ di= cta ſunt a deo ꝛ ſanctis quoꝝ ſunt imagines qui ꝛ per ſe corā imaginibus adorādi ſunt, fideliter expe= ctanē, ipſe vero imagines nō per ſe ſed ꝑ accidens: honorantur nō ſiquidem propter virtutem, poten= tiam, aut gratiam eis inexiſtentē. ſed propter rēp= ſentationē coꝝ quibus talia inſunt ꝛc.

Epilogatio omnium di ctorum.

¶ Tertius cōceptus vel actus pōt formari ꝛ termi nari ad prototypū illius imaginis quo recognoſco id qđ rep̄ſentatur tāquā ſumme bonū, ꝛ vniuerſale omniū principiū. Ad quē actū vel ꝯceptū eliciendū moueor per app̄hēſionē illius imaginis Chriſti, ꝛ hic actus vere eſt actus latrię, ſeu adoratio latria ꝓ prie dicta, q̄ ſolū terminatur ad imaginatū, ꝛ nō ad imaginē. Non.n. vidēdo imaginē Chriſti recogno ſco ipſam imaginē quā video eſſe ſumū bonū, ſiue cōſiderem ipſā in ratione imaginis, ſiue abſolute, vt rem aliquā in ſe, ꝛ hoc eſt qđ ait Damaſcenus li bro.4. ſentē. Honor q exhibeť imagini refertur ad illud cuius ē imago. Vñ dicit magnus Baſilius. Honor imaginis ad prototypū peruenit. i. exēplar, eſt.n. prototypon prima forma, ſeu forma exēplaris ad quam

Damaſce.

Quid ē ꝓ= totypon.

ad quā facta eſt imago, ⁊ de hac adoratione imaginis Chriſti habet̄ in quodā Decreto ſinodi Conſtantinopolitani, vbi dicit̄. Sacratā imaginem dn̄i noſtri Jeſu xp̄i, ⁊ omnium liberatoris, ⁊ ſaluatoris, ꝑquo honore cū libro euangelioꝝ ſanctoꝝ adorari decreuimus, ⁊ īfra. Siqs ergo nō adorat yconā.i. imaginē ſaluatoris Chriſti, nō videat formam eius quando veniet in gloria paterna glorificari ⁊ glorificare ſanctos ſuos, ſed alienus ſit a cōmunione ipſius, ⁊ claritate. Cadet proculdubio huius ſinodi maledictio ſuper oēs hereticos Lutheranos ſpernentes, ac cōburentes, necnō ⁊ deſtruentes oēs Chriſti imagines, ⁊ ſanctoꝝ (niſi o vtinā cōuertātur.) Habet̄ inſuper ī eodē Decreto ſinodi Cōſtātinopolitani, qđ dignū eſt, vt ſm cōgruentiā orationis, ⁊ antiquiſſimā traditionē, propter honorē q ad principalia ipſa refertur, etiā deriuate ycone.i. imagines honorētur, ⁊ adorētur. Adorētur inquā nō p ſe quaſi in ipſis ſit aliqua virtus. vnde releuari aut iuuari poſſit humana infirmitas. Sed tanq̄ ſigna Chriſti, ⁊ ſanctoꝝ, qui ferre poſſunt auxilium poſtulanti, ⁊ hoc eſt qđ dicit canon, de cōſe. diſt. 3. Venerabiles inquit imagines, chriſtiani non deos appellant, neq̧ ſeruiunt eis, vt dijs, neq̧ ſpem ſalutis ponūt in ipſis, neq̧ ab eis expectāt futurū iudicium, ſed ad memoriā ⁊ recordationē primitiuorum venerātur eas, ⁊ adorant, ſic ad adorandum Chriſti imaginem hortatur beatus Aug. de viſi. infirmoꝝ vbi loquens de tali imagine dicit. Hanc cōplectere, humiliter venerare ſuppliciter, cū hec ad memoriā tibi reducat crucifixum ⁊c.

Decretū ſinodi Cōſtātinopoli.

Maledictio in Luthe,

Auguſti.

Tertio vt omnia q̄ ſupra dicta ſunt, ⁊ q̄ dici poſſunt de imaginū adoratione his paucis verbis con- 3. authoris notab. oīa cōplectens.

dudum. Notandū cū qđ duplex eſt generalis ado-
Prima diſtinctio. ratio, vna .ſ. interior, q̄ fit per eleuationē mētis ad
deū, vel ad ſanctos per fidem, ſpem, ⁊ charitatē, ſeu
Adoratio interior exterior. propter aliqđ bonū impetrādū, aut ad gratias agē-
dum, ⁊ tandē q̄ cōſiſtit in interiori mentis deuotio-
ne. Alia exterior, q̄ fit per capitis inclinationē, vel
genuū flexionē, ſeu pectoris tēſionē, ⁊ q̄ finaliter
conſiſtit in exteriori corporis humiliatione, vt dictū
eſt ſupra.

2. diſtinctio Adoratio p ſe p accidēs ¶ Item aliter diſtingui poteſt adoratio .ſ. per ſe, ⁊
per accidens. Adoratio per ſe, eſt q̄ fit ratione ſui.
Per accidens vero: q̄ exhibetur ratione vel reſpectu
alterius. His igitur notatis ſequitur.

¶ Secunda Concluſio.

Adorare Chriſti vel ſanctoꝝ imagines abſolute
conſideratas ꝓut ſunt res materiales lapideę,
ligneę, vel ferreę, idolatrare fatemur, q̄re nulla quo-
uis adorationis ſpecie ſunt adorandę. Quinimo
neq̨ aliq̄ veneratiōe exteriori, vel interiori colēdę.

¶ Tertia Concluſio.

Imagines reſpectiue conſideratę, inquantum re-
preſentant Chriſtum, vel ſanctos poſſunt ⁊ de-
bent aliqua exteriori adoratione venerari ſaltē per
accidens. Nulla tamen adoratione interiori, ſeu la-
tria veneratione ſunt adorādę. Niſi ad ꝓtotypuꝫ,
huiuſmodi interior adoratio referatur.

¶ Hę duę concluſiones clarent ex notabilibus, ſed
forte dicet qſpiā, quęlibet adoratio exterior p̄ſup-
ponit interiorem, ideo ſi imagines reſpectiue conſi-
Obiectio. derate inquantū rep̄ſentant Chriſtum, vel ſanctos
(vt dicit hęc tertia concluſio) ſunt adoratione exte-
riori venerande. Debent etiam ⁊ interiori venera-
tione adorari.

¶ Reſpōdetur quod adoratio imaginū exterior p̄-
ſupponit aliam interiorem adorationem, nō in ordi-
ne ad ipſas imagines, ſed in ordine ad ipſarū ima-
ginū repſentata. puta ad Chriſtum, vel ſanctos. vt
cum video aliquā imaginem, vtpote Chriſti, formo
duas adorationes vnam exteriorē, per corporis hu-
miliationē, q̄ principaliter refertur ad Chriſtum.
repreſentatum, minus autem principaliter, ſeu per
accidens ad ipſam imaginē, inquātum eſt Chriſti
repſentatiua. Aliā inſuper formo interiorem adora-
tionem, per fidem, ſpem, ⁊ charitatē, q̄ adoratio la-
tria nūcupatur, ⁊ hęc tantū refertur ad Chriſtum.
¶ Item aliter ⁊ clarius dico, quod ſi nobis p̄ſente-
tur aliqua imago Chriſti, vel virginis Marię, aut
ſancti Petri, vel alterius ſancti, tūc huiuſmodi ima-
go poteſt tripliciter conſiderari, vt ſupra diximus.
Uno modo prout eſt hoc lignum, vel hic lapis, aut
ferrū, aurū, ſeu argentū, ⁊ ſic iſto modo ꝯſiderata,
liq̄t, q̄ imago illa nullo mō ē adorāda, neq; ado-
tiōe īteriori, aut exteriori, neq; p ſe, neq; p accidēs.
¶ Secūdo modo poteſt conſiderari prout eſt ordi-
nata ad repſentandū Chriſtū, vel virginē Mariā,
aut beatū Petrū, ⁊ tunc dicendū eſt talem imaginē
nō eſſe adorandā adoratione interiori .ſ. latria, vel
hyp̄dulia, aut dulia. Sed tn̄ eſt veneratiōe exterio-
ri colēda, nō p ſe, ſed p accidēs .ſ. ratiōe imaginati.
¶ Tertio mō pōt cōſiderari xp̄s, qui nobis p illā
imaginē repſentat̃, ⁊ tūc abſq; vlla mētis ābiguita-
te, duplici latria eſt adorādus .ſ. interiori, per fidē,
ſpem, ⁊ charitatē, ⁊ exteriori p corporis humiliatio-
nē, vel ſi per illā imaginē repſentatur virgo Maria
adoratione hyp̄dulie eſt adorāda, ſeu dulia, ſi p̄ſen-
tat̃ nobis beatus Petrus, vel alius ſanctus ⁊c.

Reſponſio.

Per pulcrū authoris exēplum.

Hic clarius loquit̃ author.

¶ Quarta Concluſio.

Sancte ac iuſte ⁊ laudabiliter chriſtiana religio ſuſtinet Chriſti, ⁊ ſanctorū imagines in eccleſia, ⁊ oratorijs, nō eo fine, vt ipſe per ſe adorētur, ſed vt fideliū mentes per earū inſpectiones excitētur ad reuerentiā, ⁊ honorem exhibendū, iis quoꝝ ſunt imagines, i quorūue cognitionē recordatiuā ducūt ⁊c.

Quid ſit imaginem adorare. ¶ Hec cōcluſio eſt de ſe clara. Quid eſt .n. adorare imagines Chriſti, niſi adorare Chriſtū per fidem, ſpes, ⁊ charitatē in illa imagine, vel in p̄ſentia illius imaginis? Quid eſt inſuper imaginē virginis Marie colere, vel alterius ſancti, niſi v̄ginē Mariā, vel aliū ſanctū in ſue imaginis venerari p̄ſentia? Et ſic de alijs. Non .n. adoro imaginē Chriſti q2 lignum, nec q2 imago niſi forte per accidēs. Sed adoro xp̄m corā imagine Chriſti, q2 .ſ. imago xp̄i excitat me ad amandū, ⁊ adorandū Chriſtū, ⁊ ita dicendū eſt de imaginibus alioꝝ ſanctoꝝ, q̄ excitant nos ad eorū venerationē, ⁊ hac de cauſa vt dictum eſt in p̄ceden

Cur eccleſia ſuſtineƺ imagines. ti cōcluſione, eccleſia ſuſtinet imagines in templis ⁊ oratorijs. vnde beatus Gregorius hoc idem cō firmat, qui Sereno Epiſcopo Maſſiliēſi imagines deſtruenti ne adorarentur, ita ſcribit vt habetur de conſe. diſt. 3. dicens. Perlatū eſt ad nos qđ incōſiderato zelo ſuccenſus, ſanctoꝝ imagines ſub hac quaſi excuſatiōe ne adorari debuiſſent ꝯfregeris, ⁊ quidem q2 eas adorare vetuiſſes omnino laudamus,

Gregorius. fregiſſe vero rep̄hendimus. Dic frater, a quo factus ſacerdote aliquādo auditū eſt, qđ feciſti? Aliud eſt enim picturam adorare, aliud per picturam hiſtoriā quid ſit adorandum addiſcere Nam qđ legentibus ſcriptura; hoc ⁊ idiotis p̄ſtat pictura cernētibus, q2 in ipſa ignorantes vident, qd ſequi debeant, in ipſa

legunt, q litteras neſciunt, vnde et pcipue gentib. i. laicis, pro lectione pictura eſt. Ad idē inſuper videtur ſonare Damaſce. libro. 4. ſenten. dicens. Quia nō oēs noſcunt litteras, neq lectioni vacāt, patres excogitauerunt: velut quoſdā triūphos in imaginibus hec deſcribere ad velocē memoriā, quapp multoties nō ſecūdum mentē habentes dñi paſſionem, imaginē crucifixionis Chriſti videntes: et in ſalutaris paſſionis memoriā venientes procidentes adoramus Chriſtū. Ecce dicit Chriſtū adorari ad inſpectionem imaginū ducentiū in notitiā rememoratiuam Chriſti, qđ equidem verum eſt etc.

¶ Obijciunt Lutherani.

AT contra dicta grauiſſime inſtant modernio res heretici dicētes. Si in nullis Chriſti et ſanctor imaginibus eſt aliqd numinis, gratie, vel ſanctitatis, virtutis, aut poteſtatis, quib. imagines ille potentes ſint facere miracula, pſtare ſanitates, eripere a periculis, et a nocumētis, ac inſidijs pſeruare. (vt recte dictum eſt in ſecundo notabili) igitur falſe, rude, ſtulte, ac improuide, chriſtiāi vota emittūt ad imaginem Chriſti, ac Marie virginis, et aliorum ſanctorum. Necnon ſtultiſſime, abſq vlla vtilitate, immo maximo cum ſui ac ſuorū detrimento, ad peregrinandū ſe obligant, nunc ad illam, nunc ad aliā eccleſiam, vtpote ad viſitandū apoſtolorum limina Rome, aut ad ſanctū Jacobum in compoſtella, ſeu beate Virginis apud Lauretum, aut ad imagines anunciationis beate Virginis de Florētia, vel ad aliam virginis imaginem in mōte, extra muros ciuitatis Bononie, et ad quāplura alia Chriſti, vel virginis Marie, ſeu aliorum ſanctorum loca etc.

¶ Reſpondent Catholici.

AD hanc Lutheranorũ obiectiones de facili reſpondetur, qđ ſi aliquãdo miracula fiunt hominibus ad eccleſias, & ad imagines cõſuetibus, & adiutoria aut ſanitates pſtantur, nõ hec ſiquidem virtute imaginũ, ſed virtute dei & angelorum ſanctoꝝ miniſterio, ad interceſſiões ſanctoꝝ cõtingũt. Ideo pegrinationes ad certas imagines, vel determinata loca, pſertim cõſecrata, vel etiã conſecranda fideliter cõmẽdamus. Non.n. vſquequaq; negandũ eſt quin in certis locis ſingulariter relucẽt beneficia dei, & maiora crebrius, quã in alijs, vel propter ſanctorũ reliqas ibi conditas, vel occulta miniſteria (alias myſteria futuris tẽporibus, ibi celebranda, aut celebrata) vel alias cauſas nobis occultas propter quas deus vnũ locum elegit ſuo cultui, & non alium. vnã eccleſiã, & nõ aliam. Pariter & vnã imaginem, in qua ſua diuina refulgẽt opera, & nõ aliã, qđ ſcripturarũ teſtimonijs demõſtratur. Nã primo deus elegit tabernaculum, quod per Moyſen erigi mandauit. Deinde locũ in ſilo. Deniq; templũ Salomonis in Hieruſalem. Unde ait Moyſes. Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris. Sed in eo quem elegerit dominus.

Relucẽt dĩ miracla magis ĩ vno loco q̃ in alio diuina ſauẽte gratia.

Deute. 12.

3. Reg. 7.

¶ Preterea Jacob patriarcha, poſt ſcale cuius ſummitas cęlum tangebat, angeloꝛũq; in ea aſcendentium & deſcendẽtium viſionem ait. Uere dominus eſt in loco ſancto iſto, & ego neſciebam. Surgenſq; erexit lapidem in titulum, fundens oleum deſuper, appellauitq; nomen loci illius Bethel, qđ interpretatur domus, vel habitaculũ dei. vnde & dixit terribilis eſt locus iſte, nõ eſt hic aliud, niſi domus dei & porta cęli. Idcirco locuz iſtum, tituli erectione ſacrificio, & voto quod dominꝰ vouerat honorauit.

Gen. 28.

Edoctus inquam diuinitus didicit quãta, et quam mirabilia operaturus erat dominus in loco iſto, nam ibi fundandũ erat tẽplum ad dei ſpeciales cultũ. Ibi inſuper conſumaturus erat dominus. opus noſtrę redẽptionis: ſe ipſum patri in cruce offerens. Propinquus enim erat locus crucifixionis. Ideo poſt reditum de Meſopotamia ibidem ſacrificium deo obtulit. Non ergo locum propter locum, ſed ꝓpter miſteria ibidem futura in loco iſto domino ſacrificauit. vnde Auguſtinus i hoc loco ait. Super lapidem libauit Iacob, non autem lapidi. Sic in propoſito nec reprobari poteſt, nec mirari debem⁹, ſi diuin in vno loco, vel coram vna imagine, crebreſcunt miracula, ſanitates et cetera beneficia in eodẽ loco, non locum ſed deum qui ibi operatur laudare. Nec imaginem, ſed coram imagine deum et ſanctos cõtingat adorare. Itaq; nõ rebus inanimatis, non ſculptilibus, aut imaginibus, ſed deo et ſanctis eius honor, laus, et adoratio impenditur. Nam vt ſupra diximus ſemper imaginum adoratio debet referri ad prototypum, quare rationabili diſcretione, nunc in vno loco, nunc in alio, nunc in vno tempore: nũc in alio, nunc ad vnum ſanctum, nunc ad alium, pro diuerſis donis virtutibus, et gratijs recurrere licet, eaſq; deuotis orationib. impetrare, Liquet nempe quod in ſanctorũ venerationibus diuina bonitas, ſapientia, potentia, extollitur et laudatur: et ſic patet ad obiectionem modernorũ hęreticorũ reſponſio ſufficientiſſima. et hęc de imaginum adoratione ſatis ſint dicta etc.

Gen. 35.

Hiſtoria Iacob reducit ad ꝓpoſitũ.

¶De ſanctorũ reliquiarũ veneratione.

Concluſio Quinta.

Sunt nempe ſanctorũ reliquię venerabiliter honorandę, tanquam ea quę fuerunt partes corporum ſanctorũ. Non tamen eo proprio cultu quo ſancti venerari merentur. ꝛc.

¶Hanc concluſioné quãtũ ad. i. parté probat beatus Hieronymus contra Vigilantiũ, qui cultum reliquiarum ſanctorũ reprobauit qḋ ex hoc etiam probari poteſt. Quoniam per cõtactũ illorũ multa dominus beneficia cõtulit ad earũ dignitaté declarandã, igitur prima pars concluſionis vera antecedens probatur. Nã ad contactũ oſſium Heliſei prophetę, vita reſtituta eſt mortuo. Pariter ꝛ ad contactum ſemicinctiorũ Pauli, ꝛ ſudariorũ ſanati ſunt languidi.

4. Reg. 13. Actuũ. 19.

¶Legitur etiam qḋ ad contactum ſepulchri beatę Agatę, curata eſt mater ſancte Lucię a ſanguinis profluuio. Et illa inſuper alia, que eãdem infirmitatem patiebatur ſilicet ſanguinis fluxũ duodecim annis acceſſit retro ꝛ tetigit fimbriam veſtiméti Chriſti, ꝛ illico ſanata é. Sed qd moror ĩ tot ſcripturarũ exéplis aut quid plura dicã? Nõne ad vmbram Petri ſanabantur infirmi? Si enim vult deus ſuorũ corpora ſanctorum ac eorũ reliquias per miraculorum corruſcationé honorare. Cur igitur vos o Lutherani eas venerari cõtemnitis? Honor ergo ſanctorũ reliquiis impenſus quãtũ ad interiorem actũ, nihil aliud eſt quã recognitio interior qua huiuſmodi reliquię creduntur eſſe vel fuiſſe partes corporũ ſanctorum dum vixerũt in hac mortali vita, quibus deuote ſeruierunt domino ꝛ meruerũt gloriã. Cuius poſt reſurectioné dum reunientur animabus ſanc

Actuũ. 5.

Quomodo reliquię ſũt honorande

torum participes erunt per dotes glorie corporis. Honor autem exterior sanctorũ reliquiis exhibetur per capitis denudationẽ, et inclinationẽ, etiam genua flectendo coram eis. etc.

¶ Secunda pars Conclusionis sic ostenditur quoniã corpora et reliquie sanctorum non recognoscuntur tãquã rationales creature habentes in se diuine gratie dona et merita, ac virtutes dei per actus beatificos capaces secundũ potẽtiam dei ordinatã, que quidẽ recognitio est actus adorationis dulie proprie accepte. Sed recognoscuntur tanquã aliqd ptinens ad eas. Ideo non eo proprio cultu adorãtur quo sancti venerari merẽtur. etc.

¶ De singularissima Christi adoratione.

Conclusio. Sexta.

SAluator noster Christus qui est verus deus et homo vna adoratione que est latria proprie accepta est adorandus. etc.

¶ Hec Cõclusio sic clarissime demonstratur quoniam homo Christus est persona verbi, et ita deus, ideo ea adoratione que solius dei, est adorãdus, hec autẽ est latria proprie dicta igitur. etc. Preterea credendum et profitendum est hominẽ Christum esse summũ, et vniuersale omniũ principium quia deus, iuxta illud simboli Dominus noster Jesus Christus dei filius deus et homo est. Ab hac enim adoratione natura humana secludẽda non est, nõ quod natura humana sit terminus huius adorationis, et per se hac adoratione latria adoretur. Sed quia tota persona verbi (hoc est persona verbi in humana et diuina natura subsistens) adoratur. Hec enim psona, que vere est homo, est summũ et vniuersale omnium principium, Et ad hoc seruit similitudo pur.

pure, ⁊ diadematis regis. Similiter igniti carbo-
Damaſce. nis. Ideo Damaſcen⁹ poſtq̃ dixerat. Adoro Chri-
ſti dei mei ſimul vtrãq; naturã, propter carni vnitã
diuinitatem addidit. Non. n. quartam appono per
ſonam in trinitate. Sed confiteor perſonam vnam
verbi ⁊ carnis eius. His verbis inſinuare videtur
Chriſti humanitatẽ cu; verbo vna adoratione eſſe
adorandam attendendo vnitate; perſone, qđ nihil
aliud eſt dictu qua; adoro ſimul vtrãq; naturam,
diuinam. ſ. ⁊ humanã. Ad hunc ſenſum, id eſt ado-
ro Chriſti perſonam in vtraq; natura ſubſiſtente;,
Joan. 14. ⁊ in hoc idem (vt verũ fatear) ꝑtendunt verba di-
Auguſtin⁹ ui Auguſtini in ſermone ſuper illud. Nõ turbetur
cor veſtrum, vbi ait. Ego dominicã carnem, immo
perfectam in Chriſto humanitatem, ideo adoro, qꝛ
a diuinitate ſuſcepta, ⁊ deitati vnita eſt, vt non aliũ,
⁊ alium, ſed vnum eundemq; deum, ⁊ hominẽ filiũ
dei eſſe confiteor.

Dulchrũ ex-
emplum. ¶ Deniq; ſi hominẽ ſeparaueris a deo, illi nũquã
credo, nec ſeruio, Uelut ſi quis purpu-ã, vel diade
ma regale iacẽs inueniat, nũq̃ ea conabiť adorare.
Cũ vero rex ea fuerit indutus, periculũ mortis in
currit. Si ea cũ rege quis adorare cõtempſerit. Ita
in xp̃o dño humanitatẽ nõ ſolã, vel nudã, ſed diui
nitati vnitã. ſ. vnũ filiũ, verũ deũ, ⁊ hominẽ verum.
Si quis adorare contẽpſerit eternaliter morieť.

Ps. 80. ¶ Preterea ille idẽ ſup pſal. 80. ait. Caro ſine ipie
tate a v̾bo dei aſſũpta adorať a nobis, qꝛ nemo car-
nẽ eius mãducat, niſi prius adoret. Sed q adorat
nõ terrã intueť, ſed illũ potius cuius ſcabellũ ẽ pp
quẽ adorat. Ex his igiť clare liq̃t, qualiter vnio na-
ture humane, cũ nã diuina, q̃ qđẽ ypoſtatica vnio
nihil aliud eſt, quã xp̃s, qui eſt verus deus, ⁊ homo.

ſumma adoratione, q̄ eſt latria ꝓprie dicta adorari decet.ſ.per fidē,ſpem,⁊ charitatē,quare ⁊c.

¶ De Chriſti humane nature adoratione Concluſio Septima.

Humana natura in ſe, ⁊ abſolute, vt xp̄i pars ꝯſiderata, etiā diuine in xp̄o hypoſtatice vnita nō eſt adorāda latria ꝓprie dicta, licet alia ſumma veneratione, q̄ ē hypdulia,ſit venerāda,atq3 colenda ⁊c.

¶ Prima pars cōcluſionis eſt nota. Nā humana natura,etiā vnita deitati in xp̄o nō eſt deus, q2 per illā vnionē,licet excellentiſſimā nō mutatur illa nā humana:quātum ad ſubſtātialia,⁊ ita manet creatura. Solus autem deus latria proprie dicta meri to adoratur,hoc eſt fide.ſpe,⁊ charitate,igitur ⁊c.

¶ Item nulla pura creatura (vt omnes aſſerūt) eſt latria adoratione adoranda,quia aliter,quod cōueniret creatori, attribuerēt pure creature, quod eſſet idolatrare,⁊ deum blaſſemare. Cum autē3 natura humana in ſe,⁊ abſolute,conſiderata vt Chriſti pars,etiam diuinitati coniuncta ſit pura creatura.igitur non eſt adoranda adoratione latria proprie dicta. Conſequētia patet.Maior ab omnibus conceditur.Minor autem eſt de ſe nota. Ergo prima pars concluſionis eſt vera ⁊c.

¶ Secunda pars ſic oſtenditur, quia humana natura in ſe cōſiderata eſt creatura. Sed ſecundum gratiam,⁊ gloriam eſt omnium creaturarum perfectiſſima.Ergo ſibi debetur ſumma ſeruitus creature debita,que eſt hyperdulia proprie dicta.Na3 vt ſupra diximus, hypdulia adoratio eſt ſeruitus q̄dā magne reuerētie,exhibita rōe excellētie ſingularis

Qualiṫ humanitas xp̄i abſolute cōſiderata eſt adoranda.

ſime, et eminentis in eo cui exhibetur. Qualis eſt reuerentia, que exhiberi debetur humanitati Chriſti ſeorſum ſumpte et virgini glorioſe. Sic generaliter dicendum eſt de ſanguine Chriſti effuſo et preputio eius. Si adhuc in terris conſeruantur. Nam vtrunque in eccleſia lateranenſi vrbis Rome contineri dicitur. Et in die ſancto paſce populo adorandum, oſtenditur. ſanguis quoque xpi etiam in ſancto Andrea ciuitatis Mantue conſeruari publice fertur. Quemadmodū igitur humanitas Chriſti eſt adoranda hoc eſt ſanctiſſimū corpus et eius anima benedicta non difformiter dicēdum eſt de cruce dominica, clauis, lancea, ſepulcro, et ceteris chriſti ſanguine rubricatis, at quanto res adoranda eſt honorabilior et dignior tanto adoratio debet eſſe maior, citra latriā adorationem que tantū deo conuenit et xpo Jeſu.

¶ De ſpeciali crucis adoratione.

¶ Adoratio crucis Chriſti ſiue crux illa fuerit picta ſiue ſculpta ſiue de quacūque materia fabricata ēt ſi fuerit de ligno dominico. Si huiuſmodi adoratio referatur ad prototypum, vt referri debet ſcilicet ad Chriſtum crucifixum repſentatū clare dicendum eſt quod crux Chriſti latria adoratione, que eſt per fidem. ſpem, et charitatē adorari licet, ſi autem adoratio crucis referatur ad ipſam crucem prout eſt lignum mēbris Chriſti in eo ſuſpenſis conſecratum et in quo ſalus noſtra Chriſtus pependit. Jn quo etiam ſalutem operatus eſt in medio terre, tunc liquet crucem Chriſti adoratione Hyperdulia venerari debere. Quare. etc.

¶ De Eucharistie adoratione.

Concluſio Octaua.

Chriſtus Ieſus, qui veraciter ſub ſacramentalibus ſpeciebus in eucbariſtia cōtinetur. Sūma latria adoratione, tam interiori, quā exteriori eſt adorandus ꝛc.

¶ Hęc cōcluſio multis Lutheranoꝝ fautoribus, ꝛ his peioꝛib. aduerſat, qm̄ pſuppōit ſub ſacramēto eucbariſtię, ſacratiſſ. Chriſti corpus, anime rationali, ꝛ diuinitati cōiunctū vere, ꝛ realiter ꝯtineri, vt in tractatu de eucbariſtia ſcripturarū teſtimonijs, aptiſſime demōſtrabit̄, ꝯ Zuingliū, ꝛ Oecolāpadiū, alioſq; antiquos ꝛ moderniores hęreticos. Suppoſita igit̄ prima parte ꝯcluſionis vt decet, tota hęc cōcluſio reliquit̄ vera, nec alia indiget ꝓbatione. Qñ dū ſacerdos in miſſę officio ſacramētū leuās ī altū ꝛ populo oſtēdit. Adorādus eſt Chriſtus actu interiori, ꝛ exteriori. Interiori quippe magna mentis deuotione, quieto corde, excluſis tumultuantibus tēporalium rerū cogitationibus, ſe recolligat, quiſquis circūſtans ad deum creatorem ſuū ꝫ redemptorem ꝛ ſaluatorem, qui veraciter ſecundū ꝫ vtrāq; naturam, ſub ſacramētalibus ſpeciebus, quas corporalibus videt oculis inuiſibiliter cōtinetur, adorandum, dicens verbo mentali. Adoro te Ieſu Chriſte ſaluator, qui per mortem tuā ꝫ redemiſti mundum. Adoro p fidē te xp̄m in hoc ſacramēto ꝯtētū, ꝓfitēdo verū deū, ęterni p̄ris ꝯſubſtātialē filiū, ꝓ nobis hominē factū: q quos creaſti ſanguinis ꝓprij effuſione, a morte ꝑpetua redemiſti, in cuiꝰ ſalutarē memoriā p̄ſentē te exhibere dignatꝰ es his ſpecieb. ꝛc.

¶ Adoro te per charitatē diligens corde toto, tota mente, ꝛ totis virib. meis, te ſūmū, ꝛ incōphenſibile bonū, q dilexiſti nos dū inimici eſſemus, te ipſu ꝫ in morte tradēs, vt nos p̄ri recōciliādo amicos faceres.

De ſingulariſſimo modo adorandi xp̄m in eucbariſtię ſacramento.

Adoratio fidem.

Adoratio charitatē.

Adoratio p dein.

¶ Adoro te ſola ſpes omniū vera bona diligentiū, ſumma ⁊ finalis beatitudo, in te cōfidentiū viaticū militantiū, cibus eſurientium verus, mediator dei ⁊ hominū tuam pleniſſimā ſatiſfactionem (in cuius memoriam patri libaris acceptabile ſacrificiū) pro me extende, ⁊ per hoc pſens holocauſtū, omnia peccata mea expiando miſericorditer dele ⁊c.

Adoratio ſpi p exteriorē latriā

¶ Similiter adoretur latria exteriori decēti corporis geſtu in ſacramēto eleuatione ad ſignificandū internam fidem, ⁊ reuerentiam, qua ipſum actu interiori, vt omniū creatorem deum ⁊ dominū veneretur, ⁊ quemadmodū in ſua crucifixione ab incredulis fuit turpiter confuſus, blaſſematus, irriſus verbis ⁊ exterioribus inordinatis capitis, ⁊ membrorū motibus. Ita vice verſa a fidelibus in ſacro ſancto miſſe officio (quo illius paſſiōis memoria agitur) exteriori corporis geſtu honoretur. Debent igitur Chriſti fideles humiliter nudata capita Chriſto in ſacramēto qd oſtenditur inclinare, cuius caput ſpinarum aculeis pro delictorum noſtrorū expiatione mille vulneribus fuit cruentatus, ⁊ in mortis hora inclinato capite tradidit ſpiritū. Ita nos caput inclinare debemus, ob eius reuerentiam, ⁊ honorem.

De capitis inclinatiōe.

De genuū flexione.

Debent inſuper genua in terraꝫ flectere ſe humiliātes ei, qui ſe ipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, factus obediens vſqꝫ ad mortem, mortem autem crucis, ⁊ ſicut inuerecūdiſſimi canes deriſorie genu flectentes eternam dei patris ſapientiam blaſſemauerunt dicentes. Aue rex iudeorum, ⁊ iterum ſi rex Iſrael eſt deſcendat nunc de cruce ⁊ huiuſmodi. Ita e cōtrario genua curuantes, intus corde humilient, adorantes, ⁊ dicētes. Adoramus te Chriſte Rex Iſrael, rex gētium, princeps regum terre,

ac perpetua beatitudo noſtra ꝛc.

¶ Debent proinde ⁊ manus deuote cóponere contra crudeliſſimorum iudeoꝝ ⁊ gentilium furorem. Manus ſuas impie alaphizando, collaphizando, crucifigendo extendentium. Rurſus debēt manus ſuas in ceļū tendere cū mentis affectu (ſicut Chriſtus ſuas miſericorditer in cruce extendit manus) gratias agentes, pro tanto beneficio redemptionis accepto, ⁊ pro celeſtis curię apertione. Debent denīq; ⁊ pectora tōdere in memoriā diri vulneris dominici pectoris, apti lancea militis. Unde ſanguis profluxit ⁊ aqua in lauacrū ſimul, ⁊ redemptionem peccatorum. Debēt etiam pectora tōdere in confeſſione laudis dei, ⁊ propter fraudis, dicentes vna cū ſacerdote. Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Dimitte peccata noſtra, relaxa facinora, pſta nobis gratiam, ⁊ indulgentiā, da pacem in diebus noſtris, ⁊ in fine vitam eternam. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis in ſecula ꝛc. Sed heu quoniam plures cernimus in eccleſia, qui tanquaꝫ beneficijs dei ingratiſſimi, paruam vel nullam huic diuiniſſimo ſacramēto exhibēt reuerentiaꝫ. Stant nempe erecti nō attēdentes illud Apoſtoli ad Philippen. 2. vbi poſt cōmemoratā Chriſti humiliationem vſq; ad mortem crucis, ſubdit, propter quod exaltauit illuꝫ deus, ⁊ donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Jeſu omne genu flectatur cęleſtium, terreſtriū, ⁊ infernorū, ⁊ omnis lingua confiteatur q2 dominus noſter Jeſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Quibus igitur cōparandi ſunt, qui hunc honorem Chriſto exhibere cōtemnūt: quē demones omittere nō audent, ſed quā

De manuū cōpoſitione

De pectoris tonſione.

Exageratio aduerſus populū circūſtantem.

Philip. 2.

deteſtandi ſint, qui etiam in ſummis ſacrificij oſtenſione capita ſua nudare negligunt, claret per illud
1.corit.11. Apoſtoli ad Corinth. Omnis vir inquit orans vel prophetans velato capite deturpat caput ſuum. Caput enim viri Chriſtus. Quanti igitur contēptus arguitur qui etiam Chriſtum in ſacramento ſub occulis pręſentem velato capite adorare pręſumit. Contra profecto tales procedit verbū dei per
Eſaię.1. Eſaiā. Filios enutriui ⁊ exaltaui, ipſi autē ſpreuerunt me, exaltauit quippe, dum noſtram naturam aſſumpſit. Enutriuit autem, dum ſe nobis in ſacramento cibum vitę tradidit. Et ſequitur. Cognouit Bos poſſeſſorē ſuum, ⁊ Aſinus pſepe domini ſui. Iſrael autem, id eſt populus fidelis, videns me ſub ſacramentalibus ſpeciebus per fidem, me nō cognouit, ⁊ populus meus non intellexit, Quomodo enī Chriſti fideles cognoſcunt in ſacramento contineri redemptorem ſuum? Quomodo ſuum iudicē intelligunt, qui debitam ſubtrahendo reuerentiam ipſo ſacramento, nec amore liqueſcunt in gratiarum actiones, nec timore humiliantur, in iudicis ſui recognitionem. Agnoſcant igitur ſeculares errorem ſuū, ſi veri Chriſti fideles cupiūt appellari, ⁊ in ſacramenti eleuatione humiliter, ⁊ deuote adorando dicant. Adoramus te precioſum precium redēptionis noſtrę hoſtia pacifica, quę ſola odoris tui ſuauitate ineſtimabili, patrem qui in altis habitat ad reſpiciendum humilia inclinaſti, ⁊ filijs irę placabilem reddidiſti, eſto etiā ⁊ tu placabilis ſuper multitudinem malitię noſtrę ⁊c.

¶ Ex Doctiſſimo Tractatu de Confeſſionis Sacramento aduerſus Lutheranos Sexta Cõcluſionum terribilis propugnatio.

De confeſſione in genere.

Confeſſionem nempe generaliter ſumptam diuidi in cõfeſſionem laudis ꝛ fraudis in pleriſqꝫ locis ſcriptura nos admonet, Cõfeſſio quippe laudis atteſtatio eſt diuinę perfectionis, vt cũ deuꝫ pdica mus omnipotẽtem, piũ, bonũ, miſericordẽ, ꝛ iuſtũ Sic. n. filius in diuinis confeſſus eſt patrẽ. d. Confiteor tibi pater dñe celi ꝛ terre, quia abſcõdiſti hęc a ſapientibus ꝛ prudẽtibus ꝛ reuelaſti ea paruulis ꝛc. Et ille idẽ Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor ꝛ ego eũ corã patre meo, Dauid inſuper ait, Cõfitebor tibi domine in toto corde meo, in conſilio iuſtorũ ꝛ cõgregatione. Et alibi, Confitebor tibi domine in toto corde meo, quoniã audiſti verba oris mei, Sed qd hic moror? Nonne omnes ſiquidem pſalmi ꝛ cantici confeſſiones ſunt dei laudis? Cõfeſſio vero fraudis eſt accuſatio qua peccator ſeipſũ accuſat, ꝛ hãc duplicẽ eſſe non ambigimus. ſ. in voto ꝛ in actu, confeſſio in voto ẽ que fit deo de peccatis cõmiſſis, de qua Dauid. Dixi cõfitebor aduerſum me iniuſtitiã meam domino, ꝛ tu remiſiſti iniquitatẽ peccati mei. Et ĩfra. Reuela domino viam tuã ꝛ ſpera in eo. ꝛc. De qua etiã in pluribus ſcripturarũ locis habetur. Hanc quippe confeſſionem in voto deo factam per cordis contritionem ſemper exigit deus Quare ipſam neceſſariam eſſe ad ſalutem cuilibet actualiter peccanti, Omnes

Confeſſio ꝛ laudis, fraudis.
Matth. 11.
Matth. 10.
Pſal. 110.
Pſal. 137.
Quid fraudis cõfeſſio
Cõfeſſio in voto ĩ actu
Pſal. 31.
Pſal. 36.

Cōfeſſio generalis ⁊ ſpecialis.

tā catholici quā heretici firmiter aſſerūt. Cōfeſſionem aūt in actu etiam duplicē in ſcripturis reperiri volumus, generalē videlicet ⁊ ſpecialem. Generalis.n.confeſſio eſt q̄ in tēplo dei fit a ſacerdotib. vel miniſtris pro tota vniuerſali Eccleſia in introitu miſſę, in perſona totius ęccleſię dicētib. Confiteor deo ⁊ beatę Marię, ⁊ omnibus ſanctis q2 peccaui nimis ⁊c. Quę vt recte arbitror originē habuit ab illa generali ꝯfeſſione p̄cepta a deo ī veteri teſtamēto. Nam pontifex legalis quādo offerebat ſacrificiū pro delicto filioꝝ Iſrael qđ legē a deo datā non obſeruabant tūc quoq3 cōfeſſionē generalem faciebat pro toto populo, queādmodū docuerat ⁊ p̄ceperat ei dominus in Leuitici libro .d. Poſtq̄.ſ.ſacerdos emūdauerit ſanctuariū ⁊ tabernaculū ⁊ altare tunc offerat hircu3 viuentē, ⁊ poſita vtraq3 manu ſuper caput eius cōfiteatur oēs iniquitates filioꝝ Iſrael, ⁊ vniuerſa delicta atq3 peccata eoꝝ, q̄ imprecans capiti eius, emittet illū per hominē paratū in deſertū, Cūq3 portauerit hircus oēs inīqtates eoꝝ in terram ſolitariā ⁊ dimiſſus fuerit in deſerto reuertetur in tabernaculū teſtimonij ⁊c. Paulo.n.ante p̄ceperat dominus aliū hircū mactari pro peccato populi, hij duo nēpe hirci leuitici.16. deſcripti, geminā ſignificabant naturā xp̄i, diuinā .ſ. ⁊ humanā. vnus eni3 imolatus ⁊ mortuus humanitatē ſignificabat in cruce mortuā. Alter aūt hircus qui mittebatur ī deſertū ⁊ portabat iniquitates populi diuinitatem Chriſti pulcherrime figurabat. Sic eni3 confeſſione generali cōfitebatur peccata populi Iſrael Neemias dicēs. Queſo domine deus cęli fortis magne atq3 terribilis qui cuſtodis pactum ⁊ miſericordiā

Leuit.16.

Pulchra duoꝝ hircorū figuratio.

De gn̄ali cōfeſſione in veteri lege facta.

cum his qui te diligunt, ⁊ cuſtodiunt mādata tua; fiant aures tue auſcultātes. Et infra ſtatim ſubdit. Ego ⁊ domus patris mei peccauimus, vanitate ſeductiſumus, ⁊ non cuſtodiuimus mādata tua, ⁊ cerimonias ⁊ iudicia q̄ p̄cepiſti Moſi famulo tuo ⁊c. Ecce qualis erat confeſſio illa generalis obſeruata in lege Moſi. Ita inſuper populus confitebatur peccata ſua apud Neemiā vt infra ſcribitur. Conuenerunt. n. filij Iſrael in ieiunio ⁊ in ſaccis ⁊ humus ſuper eos ⁊ ſeparatū eſt ſemen filiorū Iſrael ab omni filio alienigena, ⁊ ſteterunt ⁊ cofitebantur peccata ſua, ⁊ iniquitates patrum ſuorum ⁊c. Neemie.4. Neemie.9.

¶ At forte quiſpiā dicet. Patres illi veteris teſtamenti tantū cōfitebantur peccata ſua ſimpliciter in genere ⁊ nūquā de aliquo ſpeciali crimine ſe accuſabant, ideo de facili fieri poterat huiuſmodi generalis confeſſio queadmodū quotidie etiam nūc fit in principio miſſe a miniſtro altaris in perſona totius populi credentis. Obiectio.

¶ Reſpondetur q̄d etiā ſigillatim aliquādo adacti fuerunt in genere ac in ſpecie cōfiteri ſacerdoti peccata ſua p̄cipue publica ⁊ notoria, vt liquet ex capitibus.4.5.⁊.6. in quibus deſcribitur quo ſacrificio expiari debeat peccatū ex ignorātia factum, vel a ſacerdote vel à principe, vel a multitudine ſeu ab vno priuato, ſimiliter de peccante ex paſſione, aut malitia: Modo quando p̄ſentabat quis ſacerdoti hoſtiam petens hanc pro ſe, in hac vel hac forma offerri, ſatis iam manifeſtabat ſacerdoti peccatum ſuum in ſpecie, tali aut tali ſacrificio expiandū, vide oīno capita illa Leuitici, Varietatē .n. ſacrificiorū breuitatis cauſa omitto. Sufficiat tñ propoſito noſtro Reſpōſio. Leuit.4.5.⁊.6.

Judei inter ſe dū cōfitebā tur peccata ſua in ſpecie

ipſos in p̄ſentatione hoſtię fuiſſe confeſſos crimen pro quo volebant hāc hoſtiam offerri aut ſaltem ip ſo ſacrificio ſpeciem delicti indicaſſe,⁊ hoc clare pa tet per illud numeri vbi dicitur Locutus eſt domi nus ad Moſen dicēs Loquere ad filios Jſrael, Uir ſiue mulier cū fecerit ex omnibus peccatis q̄ ſolent

Nu.5.

hominibus accidere, ⁊ per negligētiam tranſgreſſi fuerint mandatum domini atq; deliquerint confi tebuntur peccatū ſuū.⁊c. Poſſumus nempe hāc cō feſſionē legalem appellare velut noſtrę auricularis confeſſionis ſignificatiuam,⁊ tanquam ad hanc no ſtram ſacramentalē confeſſionē faciliter inductiuā.

Magne vti litatis ē pec catorū cōfeſ ſio

¶ Quantę autē vtilitatis ſit confeſſio peccatorum ſcriptura nō tacuit,etiā currēte lege Moſaica, Sed quāplura ſp̄s ſanctus huius rei teſtimonia profert, Ait.n.ſapiens in prouerbiis Juſtus prior ē accuſa tor ſui.Et infra qui abſcondit ſcelera ſua non diri getur,qui autē confeſſus fuerit,⁊ reliquerit ea miſe

Prouer.13.

ricordiam cōſequetur, Nō poterat quippe ſpiritus ſanctus exp̄ſſius,cōfeſſionem comēdare, Uulgata ē inſuper illa Eccleſiaſtici authoritas, Non confunda

Eccle.4.

ris confiteri peccata tua,⁊ ne ſubijcias te omni ho mini pro peccato.Et infra Confiteberis viuēs, vi uus ſanus confiteberis ⁊ laudabis deū ⁊ gloriabe ris miſerationibus illius,Eſaias quoq; peccatorū confeſſionem cōmēdat.d.Narra ſiq̄d habes vt iuſti

Eccle.17.

ficeris,vel vt nonnulli interpretantur, dic tu iniqui tates tuas vt iuſtificeris,Ad tale igitur ⁊ tantū bo num ſicut eſt confeſſio,deus ſemper per ſcripturas hortatus eſt hominum genus ,vt quamplura ani mę cōmoda exinde prouenientia ſuſcipere valeat.

¶ At vbi venit plenitudo temporis quando miſit

deus filiū ſuū natū ex muliere factū ſub lege,vt eos qui ſub lege erāt redimeret,⁊ vt gratiā euāgelij mūdo elargiretur,factū eſt vt ꝯfeſſio adhuc explicatioꝛ eſſet ⁊ ꝓpꝛia quiſqꝫ delicti etiā occulta in aurē cōgereret ſacerdotis,qui velut arbitrer inter deū ⁊ hominē cōſtitutus per abſolutionis beneficiū illi pęnitentię ſacramētum adminiſtraret,⁊ de hac ſpetiali ſecreta ⁊ auriculari cōfeſſione plenius hic tractabimus,remouentes ſm ingenij noſtri facultatē,magis aūt ſm gratiā illam quā nobis pſtare dignabit dn̄s modernoꝝ hereticoꝝ erroꝛes:⁊c.

Legalis cōfeſſio nr̄ę ſacramētalis cōfeſſiōis figura fuit.

¶De ſecreta auriculari confeſſione Concluſio Pꝛima.

Statemur ꝯfeſſionē auricularē pꝛo ſacramēto pęnitentię neceſſariam eſſe cupientib. ſaluari (diuina imperante lege) quod et ſi etiam ex ſola eccleſię authoꝛitate vt nōnulli indiſcrete putant,quis cōfiteri teneatur nō minus eam neceſſariā foꝛe pꝛo fidelium ſalute cenſemus.

¶Antequā.n.ad huius cōcluſionis veritatē deueniamus q̄rendū eſt pꝛius ſm diuerſoꝝ opiniones a quo vel a quibus inſtituta fuerit hęc auricularis ⁊ ſacramentalis confeſſio.

¶Aliquoꝛum legiſtarum Opinio Pꝛima.

Putant aliqui ſacramētalem cōfeſſionē in lege naturę inſtitutã fuiſſe, eo q̄ dn̄s a pꝛincipio generationis humanę,⁊ legis naturę dixerit Adę, poſt cōmiſſum peccatum, Adam vbi es,quaſi velit

⁊ rc. ⁊ aſſumit tam glo. quam Panoꝛ. pꝛo ſuo firmamento ⁊ fundamento, quoddã magis dubium, ſcilicet qꝺ greci non peccãt non vtendo cõfeſſione, confitentur. n. ſoli deo in ſecreto, quia apud eos nõ emanauit hec conſtitutio, ⁊ ideo eos non obligat, ſicut nec conſtitutio cõtinentie quo ad exiſtentes in oꝛdinibus ſacris, qm̃ eã non acceptarunt. ⁊c.

.Ro. ¶ Sed contra hanc canoniſtarũ opinionẽ communiter ſunt Theologi pcipue Scotus ⁊ alij quãplurimi, Quoniã nõ videtur qꝺ Eccleſia tam onerosum ⁊ arduum pꝛeceptum imponeret omnibus Chꝛiſtianis (contra illud Math. Jugũ. n. meum ſuaue eſt ⁊ onus meũ leue) niſi eſſet pceptum diuinum, Quanti nempe oneris ac ſeruitutis ſit humane infirmitati ſecreta ſui coꝛdis manifeſtare, contra ſe ipſum, alteri ſacerdoti ſimili moꝛtali, non ſine vite ſue interdum periculo quis ignorat? Neq; aliquod tante grauitatis pceptum in tota veteri hiſtoꝛia reperitur Unde non eſt pꝛobabile qꝺ Eccleſia materet, antum onus imponeret filijs ſuis, niſi fuiſſet a deo pceptũ

Math. 11.

Pꝛeterea non inuenitur vbi ab Eccleſia hoc pceptũ inſtitutũ ſit, Nam Glo. allegata tenens, qꝺ ab Eccleſia ſit pcepta confeſſio, Non allegat locum vel canonẽ aliquẽ, Sed nec Pano. imitãs in hoc gloſſã, Turpe autẽ eſt dicere aliquid eſſe traditum ab Eccleſia, ⁊ non poſſe oſtendere vbi vel qñ: quẽadmodũ turpe eſſet Theologo ſeu alicui incũbenti litteris ſacris dicere aliquid contineri in biblia ⁊ non poſſe demõſtrare locum, Et ſi ab eis allegatur capitulum omnis vtriuſq; ſexus de peni. ⁊ rc. ſiquidem claret qꝺ illud cap. eſt Innocẽtij. 3. in concilio Lateranenſi qꝺ celebꝛatũ eſt anno dñi. M. cc. x. Ante vero ſi

Alia ppul-/ hꝛa Ratio/ õducẽs

lud tempus, per multos pluſquā tercētos ānos fuit beat Auguſt. qui pdicauit, ⁊ ſcripſit confeſſionem eſſe neceſſariam, vt patet in lib. de vera ⁊ falſa penitentia ⁊ in alio libello de penitētia, cuius dicta aliqua Magiſter recitat Diſ. xvii. 4. q. 1. Necnon ⁊ Gratianus de. peni. diſ. v. ⁊ ſexta Itē magiſter ſententiarū pceſſit Inno. in. l. annis a quo Inno. edita eſt conſtitutio, omnis, ⁊ tamē Magiſter determinauit cōfeſſionem eſſe neceſſariā, cuius etiam doctrinā Inno. cōtra Abbatē Ioachin approbauit, vt habetur de ſūma tri. ⁊ fi. ca. c. Damnamus, Cōſtat igitur euidenter hanc decretalē (oīs vtriuſqʒ) longe poſt illā dterminationē magiſtri editā eſſe, Et ideo decretalis non inſtituit confeſſionem, nec precepit tanquam prius non preceptam, floruit nempe Aurelius Aug. Anno. cccc. xxx. Magiſter vero ſententiarum Anno dñi. M. c. l. concilium autē Lateranū in quo papa decretales ſuas edidit celebratū fuit anno dñi. M. ccx. vt dictum eſt ſupra, Ecce quanta tēporum varietas interponitur quare. ⁊c.

¶ Sed ad illud qđ adducit gloſa de grecis. ſ. qđ cōfeſſio nō ſit neceſſaria apud grecos reſpōdetur hoc non eſſe notum, ſed magis oppoſitum, Naʒ ſicut apud eos, neceſſarius eſt baptiſmus fluminis, tanquam tabula prima, poteſt naufragiū. Ita ⁊ ſacramentum penitentie qđ eſt tabula ſecunda licet forte conſtitutio, omnis, eos non liget, Quod vero apud eos non ſit conſuetudo confitendi non eſt notum, nec certum, quod ⁊ ſi etiā verum eſſet qđ non haberent cōfitendi conſuetudinem, non hoc eos excularet, nec propoſitum probaret. qm̄ illam conſuetudinem non ſolū laudabilem, verum etiam neceſſa

riam potuerunt omittere. Quemadmodum etiã in aliis errauerunt, vt de ſpiritu ſancto ⁊ de pane fermentato. ⁊c.

¶ Tertia Quorũdam Theologorum opinio.

Tenent inſuper Theologi quidã vt ſãctus Bonauen. ⁊ alii ſacramentalem confeſſionẽ a xp̃o inſinuatã fuiſſe, ab apoſtolis autẽ inſtitutã, ⁊ a Jacobo Hieroſolimorum Epiſcopo promulgatã. Ait enim ipſe Jacobus in ep̃la cano. Confitemini alter vtruq; peccata veſtra. ⁊c. Sed hec opinio nõ videtur vera qm̃ ſacramẽta inſtitui non poſſunt, niſi a ſolo xp̃o qđ ſic oſtẽditur, Nemo. n. poteſt inſtituere ſacramentum niſi qui poteſt dare efficatiaq; ⁊ certitudinẽ ſacramento, ſed ſolus xp̃s hoc poteſt, ergo ſolus ipſe valet, ⁊ poteſt ſacramẽtũ inſtituere. Nũc autem confeſſio pars eſt ſacramenti pęnitẽtię vel de neceſſitate eius, igitur ipſius inſtitutio ſolius dei ẽ ⁊ tantum ad xp̃m ſpectat, qui eſt verus deus ⁊ homo, Qđ vero Jacobus ait, confitemini. ⁊c. non ibi loquitur de cõfeſſione ſacramẽtali. Nõ. n. exprimit cui fieri debeat, an ſacerdoti vel nõ ſacerdoti. Intelligenda autem ſunt verba iſta ſicut ſequẽtia. ſ. ⁊ orate pro inuicem vt ſaluemini, Quę quidẽ verba perſuadere videntur homines ad mutuam correctionẽ ⁊ humilitatem, p quã generaliter nos ipſos eſſe peccatores fatemur ⁊ orationes mutuas expetimus, deniq; nihil ibi addit beatus Jacobus (vt colligi poſſet) vt loquatur, tanquã pręco Chriſti, qđ tamen neceſſarium eſſet, in tam neceſſario ſacramẽto. Si per hęc verba inſinuare velet pręceptum. Quemadmodum Paulus. Dum ponit p̃ceptum de non dimittenda vxore ait. His qui matrimonio iuncti

Jacobi. 5.

Rõ q; opinionem.

Quõ itelligẽ ap̃li Jacobi dictũ.

ſunt pẽpſio non ego,ſed dominus. Uxorem a viro non diſcedere,cum autem conſulit, Unum quẽq; 1. Cor.7.
habere vxorem ſuam,ꝛ mulierem habere virum ſuũ ſubdit. Hoc vero dico ſecundũ indulgentiam,nõ ſe cundum imperium,ꝛ in cęteris dico ego nõ dñs.ꝛc
¶Has pręcedentes opiniones,de quibus Theologi diſ.xvii.iiii.q.1.diffuſius loquunť,ego ſub breuitate tranſcurrere volui,ad maiorem noſtrę ſacramẽtalis confeſſionis elucidationẽ,ꝛ vt alia ſequẽs opinio magis eluceſcat.ꝛc.

¶Opinio Quarta catholica vera.

ASſerunt fideliter Theologi alij,ꝛ veri diuinarum ſcripturarum interpretes,Auricularẽ confeſſionem,ꝛ ſacramentalẽ eſſe ſimpliter de lege diuina ꝛ a ſolo Chriſto inſtitutam,vt perpulchrę ꝛ clare habetur in euang. Joãnis, Ubi maximopere Joan.20.
ſecreta miſteria ſunt conſideranda,ac ordo verborum pẽcipue eſt attendendus, Statim.n. poſt quã Chriſtus reſurrexit amortuis ꝛ nõ ante,hanc abſoluendi authoritatem,dedit apoſtolis,ad denotandũ qđ illi qui appetunt per confeſſionis ſacramentuꝫ a peccatis abſolui prius debent ꝛ tenentur per cordis contritionẽ, a peccatis reſurgere,amorte ſpirituali,ad vitam ſpiritualem per gratię infuſionem. Deinde Chriſtus aloqutus eſt diſcipulos ſuos dicens,pax vobis,Sicut miſit me pater, ꝛ ego mitto Nota ppulchra dicta.
vos. Sed vt clare liquet deus pater ęternus miſit filium ſuum ad remittendum hominuꝫ peccata teſte Joã.qui ait Ecce agnus dei c.q.t.p.m.ꝛ ad ſaluandũ credentes in ſe. Sic pariter dicenduꝫ eſt quod miſit Chriſt. apoſtolos ſuos ad remittẽdũ peccata

Eo quod dixit ſicut miſit me pater, ita mitto vos. Sed qm̄ hominu3 peccata dimitti non poſſunt, ab alio cōſimili homine peccatore, virtute propria, ſed virtute ſpūs ſancti, ideo cū hęc dixiſſet inſufflauit, ⁊ dixit eis. Accipite ſpū3 ſanctū, quoꝝ remiſeritis peccata remittūtur eis, quaſi velit dicere. Habetis nūc poteſtatē a me dimittēdi ⁊ retinendi hominū peccata. At nō ob veſtrā virtutē, ſed virtute ſpū ſancti, q̄ nūc inſufflando dedi, firmiter igiť fatēdū eſt, ſummū pontificē, ⁊ p̄ſules ac cęteros ſacerdotes apoſtoloꝝ ſucceſſores, inſtrumentaliter dimittere peccata, nō ſiquidem virtute propria, ſed per poteſtatē eis a Chriſto traditā, ⁊ virtute ſpūs ſancti in eis inuiſibiliter operantis, quēadmodū apoſtoli, ante eis traditam poteſtatē, a xp̄o dimittēdi peccata, prius receperūt ſpiritū ſanctū in cuius virtute huiuſmodi poteſtatē exercuerūt. Ecce qualiter mirū ī modū ī hoc Joan. cap. 20. Attēdendus eſt verboꝝ xp̄i, ⁊ hiſtorię ordo, quā forte moderniores hęreticos latet. his igiť declaratis probandū eſt propoſitū. ſ. auricularē ⁊ ſacramētalē cōfeſſionē eſſe ſimpliciter de lege diuina immediate a xp̄o inſtitutā, ⁊ ex cōſequēti p̄ authoritatē ap̄lis datam, ⁊ coꝝ ſucceſſoribus, tenētur oēs vtriuſq3 ſexus, ſub diuino p̄cepto, cū ad annos diſcretionis puenerint cōfiteri peccata ſua ſacerdotibus, qđ fuit prima pars noſtrę cōcluſionis, q̄ non tantū diuinarū ſcripturarū authoritatib. verū etia3 clariſſ. rōnib. (ex illis ſūptis) euidētiſſ. demōſtrať.

Sufficiētiſſima authoris rō p cōfeſſionis ſacramento. Joan. 20.

¶ Primo igiť aduerſus Luthe. ac coꝝ fautores ſic fortiter inſto Chriſtus verus deus ⁊ hō dedit ap̄lis ſuis authoritatē pariter ⁊ poteſtatē remittēdi ac retinendi hominū peccata, vt liquet in euāgelio Joā. ergo dedit eis authoritatē cognoſcendi peccata con

ſequentia de ſe claret, quoniã remittere vel retinere peccata p̃ſupponit eorũdem cognitionẽ. Impoſſibile eſt enim aliquem remittere vel retinere alioꝝ peccata, niſi prius p̃cognoſcat illa. Ulterius Apoſtoli habuerunt authoritatẽ cognoſcendi hominũ peccata, igitur ⁊ poteſtatẽ habuerunt audiendi illa, conſequentia eſt clara quia cum peccata, q̃ confiteri debent ſint ſecreta nõ poſſunt cognoſci niſi prius audiantur, ergo manifeſte conſtat qđ ſi Chriſtus dedit Apoſtolis authoritatem ac poteſtatez remittẽdi ac retinendi peccata, dedit ⁊ poteſtatem cognoſcendi ſimul ⁊ audiendi, ⁊ per cõſequens authoritatem ſuper peccatores, ergo a primo ad vltimũ ſequitur Apoſtolos conſtitutoʒ eſſe iudices omniũ peccatorum (vt intuenti liquet) quia detur oppoſitũ tunc ſic inſto Apoſtoli nõ ſunt iudices peccatoruz, igitur non habent poteſtatem remittendi ⁊ retinendi eorum peccata. Conſequẽtia eſt nota, conſequẽs autem eſt contra illud quod dixit Chriſtuʒ Apoſtolis ſuis. Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittũtur eis, quorum retinueritis retenta erunt, igitur dedit eiʒ poteſtatẽ iudicandi inter peccata dimittenda ⁊ retinenda, ⁊ ex cõſequenti liquidum eſt Apoſtolos conſtitutos eẽ iudices omnium peccatoruz, quaꝑ propter vlterius ſequitur qđ omnes peccatores tenentur ſub eſſe eorum tribunali ⁊ iuditio, ⁊ per conſequens ex diuino precepto tenentur eis vel eoꝝ ſucceſſoribus ſua confiteri peccata quod erat propoſitum probandũ: ⁊c. Joan. 20.

¶ Et ſi dicat Lutheranus, concedo quod data eſt poteſtas arbitraria Apoſtolis ⁊ eorum ſucceſſoribus. ſ. ſacerdotibus cognoſcendi ⁊ iudicãdi, ſed nõ imponitur neceſſitas peccatori ſe accuſandi, ſed tũc Hereticoꝝ obiectio.

tantū ſacerdos poteſt exequi ſuā poteſtatē, dū3 peccator ſe ſubijcit ſuo iudicio, ⁊ ideo illa conſequētia vltima nō valet, Apoſtoli cōſtituti ſunt iudices omniū peccatoꝝ, ergo omnes peccatores ſub ꝓcepto tenentur ſubeſſe eorum tribunali, ⁊ iudicio, ac confiteri peccata ſua.

Reſpōſio. ¶ Reſpōdeo qꝺ hęc obiectio friuola eſt. Nam nullus eſt iudex meus in re aliqua, in qua nō teneor facere niſi quātum voluero. Cum ergo Chriſtus cōſtituit Apoſtolos, ⁊ eorū ſucceſſores eē iudices peccatorū, tenentur peccatores de neceſſitate ſalutis ſe eis ſubmittere, peccata cōfitendo. Nulla nempe poteſtas iudiciaria cōmittitur alteri, niſi alicui imponatur neceſſitas ſubmittēdi ſe huic poteſtati. Na3 iudiciū etiam redditur in inuitum. Quomodo. n. poſſet aliquis eſſe iudex illius, in cuius volūtate eſt ab illo iudicari, vel nō iudicari? (loquimur de reo) alioqui poteſtas plus eſſet apud illū potente3 ſubire iudiciū, vel recuſantē, qua3 apud iudicem, ⁊ hoc quippe dicere, nullam proſus habet rationē, cum iudicare non reſpiciat voluntatem rei, ſed determinationē legis, omnino. n. ſic dicere (vt hęretici dicunt) eſſet irridere ſacramentū pęnitentię, ⁊ poteſtatem Apoſtolis, ⁊ ſacerdotibus traditam. Si. n. alicui reo diceretur, vis iſtū eſſe iudicem in hac tua cauſa, ⁊ is reſponderet volo, dūmodo ferat iudiciū ad voluntatem meam. Nōne hoc potius eſſet irridere poteſtatem iudicis, quā amplecti? At poteſtas iudiciaria cōmiſſa eſt Apoſtolis, ⁊ ſacerdotibus, ergo erit aliquis ſubiectus, huic iuriſdictioni, ne illudatur, ⁊ irrideatur hęc cęleſtis poteſtas, talis autē ſubiectus eſt ipſe reus peccator igitur ⁊c.

Bona cōparatio.

Quarta ratio, p eade3 eccleſię autboritate. — ℂ Quarto illud met] pbo, ratione poteſtatis ab eccleſia exercitatę. Apoſtoli.n. qui totā rep̄ſentabāt eccl'ia3 ſine ſcriptura noui teſtaméti elegerūt Mattbiā, ordinauerūt quoq3 ſepté Diaconos, Petrus inſup fecit ſpirare Ananiā ⁊ Sapbirā. Ité ſcriptura docet. Meméto vt dié ſabbati ſanctifices, ſex die bus opaueris ⁊ facies oīa opa tua, ſeptimo autem die ſabbatū dn̄i dei tui eſt ⁊c. Et tn̄ eccl'ia mutauit ſabbatū in Dominicā autboritate ſua, ſup quo nullam babes ſcripturā. Preterea xp̄s dixit diſcipulis in monte nō veni ſoluere legé ſed adimplere, Eccleſia tamen illud dictum euangelij declarauit intelligi tantum pro lege morali decalogi. Ideo in primo concilio pronūtiauit audacter ſuper ceſſatione legalium. Proinde in euāgelio Mattbei legitur Chriſtum dixiſſe diſcipulis ſuis. Eūtes ergo docete oēs gétes, baptizātes eos in nomine patris ⁊c. Hic.n. xp̄s dedit formā baptizādi in noīe trinitatis explicite. Et tn̄ eccl'ia primitiua mutauit bāc formā baptizādi in noīe xp̄i Ieſu. Penitentiā agite inquit Petrus, ⁊ baptizet͛ vnuſquiſq3 veſtrū in noīe Ieſu xp̄i in remiſſioné peccatoꝝ veſtroꝝ. His auditis baptizati ſunt ī noīe dn̄i Ieſu, Deniq3 ſcriptura diffinit in cōcilio, viſu3 eſt ſpūi ſancto ⁊ nobis ⁊c. vt abſti

Actuū. 1.
Actuū. 5.
Exodi. 20.
Mattb. 5.
Mattb. 28.
Actuū. 19.

meatis vos a ſimulachroꝝ immolatis ⁊ ſanguine ⁊ ſuffocato. Rem aūt tam clare diffinitam ⁊ expꝛeſſam eccleſia ſua authoritate mutauit, quia ⁊ ſanguine ⁊ ſuffocato vtitur. Ecce poteſtas ecclę magna ſuper ſcripturā. Alia etiā quāplura poſſemus adducere exēpla, ſed hęc ſufficiāt. tāgit etiā iſta Eccbius. ſed hic ponūtur vt oīa ſimul habeāt: quare ⁊c. Actuū. 15.

¶ Quinto idē propoſitū probo, Oēs. n. xp̄i fideles magis tenētur viuere ſm ecclię authoritatē quam ſm ſcripturā, igiť eccleſia maioris eſt authoritatis quam ipſa euāgelica ſcriptura, cōſequētia eſt nota, antecedens probať q2 detis oppoſitū vos Luthezrani, tūc ſequiť illud qđ perpulchre īfert Ecchius primo loco de eccleſię authoritate. ſ. qđ iam oēs iudei veniētes ad baptiſma, etiam tenerētur ad legem Moyſi, quia ſic reperirēt in ſcripturis Apoſtolos videlicet ⁊ alios cōuerſos viriſſe. Paulo. n. agētibus reuertēti dixerūt Jacobus ⁊ ſeniores. Uide frater quot millia ſunt in Judeis qui crediderūt ⁊ oēs ęmulatores ſunt legis. Audierunt aūt de te q2 diſcēſſionē doceas a Moyſe eoꝝ qui pergētes ſunt iudeoꝝ, dicēs nō debere eos circūcidere filios ſuos. Nec ſm cōſuetudinē ingredi. Quid ergo eſt? vtiq3 oportet conuenire multitudinem? Audient enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sūt nobis viri quatuor votum habentes ſuper ſe. His aſſumptis, Sāctifica te cū illis ⁊ impende in illis vt radant capita ⁊ ſciant omnes quia quę de teſ audierunt falſa ſunt. Sed ambulans ⁊ ipſe cuſtodiens legē, de his autē qui crediderunt ex gentibus nos ſcripſimus indicantes vt abſtineant ſe ab idolis, imolato, ⁊ ſanguine, ⁊ ſuffocato, ⁊ fornicatione. Ex his igitur claret hic Paulum cum multis 5. Ratio. Actuū. 21.

miſſibus ſeruaſſe legem Moyſi legalem, ſeu ſuper legalia iuſſu .ſ. Jacobi. Multis ergo heretici conuerſos ex iudeis hodie magis viuere ſm ſcripturas illas: An ſm Eccl'ię autboritatē? Certe cōſtat, qđ nō primū, ſed ſecūdū dicetis, igit autboritas Eccleſię pualet ſcripturis, ⁊ ſic his rationibus elaceſſit concluſio noſtra prima ideo ⁊c.

¶ Secunda Concluſio.

Doctores ſancti conformiter ad verba ſymboli Apl'oꝝ, vt Aug. Hiero. Grego. Ambro. Cyprianus, Hila. Chriſoſt. ⁊ Bernar. cęteriq; ſancti. Attendētes Eccleſiā eſſe diuino cultui dedicatam. Certiſſima fide formatā, ſancto incorporatā capiti. Mēbroꝝ ſanctitate firmatam, veritatis ſpiritu gubernatā, iuſtiſſimis ſanctionibus ſtatutis ⁊ legibus fulcitā, ſacramētis purificātib. adornatā, indefectibili pſentia ſponſi ſuſtentatā, ſolam gratię contentiuam ſanctitatis, eam ſanctaꝫ profiteri nullatenus dubitarunt.

Primo ab hereticis improbaf cōcluſio.

¶ Mirantur nēpe heretici Lutherani, ſuper banc poſitā cōcluſionē dicentes. Cū vniuerſalis, q̄ hic denotatur Eccleſia, nomē ſit collectiuū, ⁊ nihil aliud quā homines, Chriſti fide, ⁊ ſacramētis vnitos ſignificet (Quoꝝ pars maior cū ſancta nō ſit, ſed potius reproba, q2 neq; ſpirit⁹. s. vncta gratia, neq; a peccatis ſeparata, neq; ad cęleſtia a terrenis cōuerſationib. leuata, quoniaꝫ multi ſunt vocati, ⁊ pauci

Matth. 20.

electi xpo atteſtante, qui ⁊ inſuper alibi ait. Per latam portā ⁊ ſpacioſam viā, q̄ ducit ad perditionem, multi intrant. Anguſtā vero portam ⁊ arctā viā, q̄

Matth. 7.

ducit ad vitā inueniūt pauci.) Quō erga Eccleſia dicitur ſancta? Siquidē nō a minore, ſed a maiore denominatio fieri ſolet. Si igit eccleſię maior pars

eſt reproba, minorq; ſancta, qua ideo ratione (in= qui ſunt Lutherani) denominat̃ ſancta, Ad quos dicendũ eſt, qđ Eccleſia ex oĩbus fidelibus cõgregata vere ſancta dicit̃ ⁊ eſt, nõ obſtãte pluriũ mẽbrorũ prauitate ⁊ malicia, qđ multis ex cauſis ⁊ rationib. a plerisq; etiã a nobis ſic pulcherrime oſtendit̃.

¶ Primo.n. Eccleſia dr̃ ſancta, q̃ eſt deo ſiue diuino cultui dedicata. Nam illa dicunt̃ ſancta, q̃ a cõ=munibus vſibus ſeparata ſunt, diuineq; cultui mã=cipata, quõ ſancta dici poſſunt vaſa miniſterij, ⁊ ſã=cta veſtimẽta, loca quoq; in vrbib. vel ſuburbibus ſacerdotib, deputata, primogenita quoq;, bouũ, ⁊ pecorũ ⁊c. Nũc aũt Chriſti Eccleſia, populus.ſ. chri=ſtianus, ex cunctis Iudeis ⁊ gentib. collectus, de idolatria ⁊ ignorãtia tenebris euocatus, ⁊ ad vnius veri dei cultũ electus, recte dicit̃ ſanctus. vñ Apl's ad Ephe. Benedictus deus ⁊ pater dñi noſtri Ieſu xp̃i, qui benedixit nos in omni benedictione ſpiri=tuali in cęleſtibus in xp̃o, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi cõſtitutionẽ, vt eſſemus ſancti ⁊ immaculati in cõſpectu eius in charitate. Et hoc idẽ cõfir=mat Petrus Apl's dicens. Vos eſtis genus electũ regale ſacerdotiũ, gens ſancta populus acqſitiõis, vt virtutes anũtietis eius qui de tenebris vos vo=cauit in admirabile lumen ſuũ, q̃ aliquãdo nõ po=pulus. Nũc aũt populus dei. Ecce igitur qualiter ſcripturarũ teſtimonijs (O heretici) eo Eccleſia vniuerſalis dr̃ ſancta, q̃ per fidẽ ab infidelibus eſt ſeparata, ⁊ ad colendũ verũ deũ cõuocata: ⁊c.

Prima Eccleſię ſanctitatis rõ ⁊ cauſa.

Ephe. 1.

1. Petri. 2.

¶ Secũdo dicit̃ Eccleſia ſancta ratione formę. Nõ ratione partiũ materialiũ, cũ.n. Eccleſia corpus ſit miſticũ, ad iſtar corporis veri, habet partes materiales ⁊ formas. Materiales.ſ. homines fluentes, ⁊ ſic

2. Rõ p Eccleſię ſanctitate.

inuicē ſuccedētes, formā vero miſticā, xp̄i fidē verā. Propter qđ ſancti Eccl'iaȝ diffiniētes aiunt, Eccl'ia

Quid ſit ecclesia. eſt corpus xp̄i miſticū fide animatū. Hec aūt xp̄i fides vera eſt recta ⁊ ſancta, Proptereꝙ totuȝ corpus Eccl'ie dr̄ ſanctū, ſicut hō ſanctꝰ ē pp animā ſanctā, licet in corpore aliqua ſit macula vel turpitudo ⁊c.

Tertia rō. Danie. 9. ¶ Tertio Eccleſia dicit̄ ſancta ratione capitis xp̄i, qui eſt ſanctus ſanctorū teſte Daniele, cui Eccleſia matrimonialiter eſt ꝯiuncta, ⁊ vt ſponſa irrepudia

Oſee. 2. 2. Cor. 11. bilis copulata, ſm̄ illud Oſee. Deſponſaui te mihi in fide. Et Paulus ad Corint. Deſpōdi vos vni viro virginē caſtā exhibere xp̄o, Sic ergo ſancta dicitur a ſanctitate capitis, qđ principaliſſimū eſt in ea. Nec modo a xp̄o, verū etiā ratione partiū digniorum, q̄ quidē partes ſunt homines ſancti ⁊ iuſti, q donec mundus finiet̄, in Eccl'ia eſſe nō deſinent ex xp̄i promiſſione ſuā aſſiſtentiā Eccl'ie promittentis vſꝙ ad ſeculi cōſumationē, de quo venerabilis Beda, Ex hoc intelligitur quod vſqȝ in fineȝ ſeculi nō ſunt deſerendi in mūdo, qui diuina manſione ⁊ inhabitatione ſunt digni in Eccl'ia. At q: ab excellentiore ⁊ digniore denominatio fieri ſolet. Ideo recte Eccl'ia propter ſanctos qui in ea digniores ſunt, nomen ſibi vendicat dignitatis.

4. rō p eccleſie ſanctitate. ¶ Quarto ſancta dicitur Eccleſia q: ſanctitas magis intime ⁊ inſeparabilius ſibi ꝑpter ſanctos, quā malicia propter reprobos coheret. Malicia eniȝ nō ſemper eſt in Eccleſia, ſed nunc adeſt. Nunc abeſt. Nūquam tamen fuit priuata ſanctitáte. Nam ante lapſum primoꝝ parentū Eccleſia fuit in eis ſine malitia, ſimiliter poſt lapſum penitentibus parentib. primis ante fratricidiū Caym. Item poſt diluuiuȝ prius quam a filio Cam pater Noe derideretur.

Nūquā igitur vt dictum eſt, fuit Eccleſia ſine ſanctitate, quia dominus amat iudiciū ⁊ nō derelinqt ſanctos ſuos, ſed in ęternū cōſeruabūtur, ⁊ hoc intelligendū videtur de ſanctitate ſecūdum prędeſtinationem. Poſt autē finalē malorꝫ ſeparationem extirpata malicia, Eccleſia ſanctitate perpetua perfructur dum ibunt hij in ignem ęternū. Iuſti autē in vitam ęternā, in quā nō intrabit aliquod coinqnatum aut abominationē faciens aut mendacium. Matth.25.

Cum ergo vnūquodqꝫ potius denominatur ab eo quod ineſt quaſi per ſe, quā ab illo quod ineſt per accidens. Hinc digne cōcludendum eſt Eccl'iā potius ſanctam, quam peruerſam, aut reprobam appellari: ⁊c. Apoc.21.

¶ Quinto adhuc eccl'ia dicit̄ ſancta a ſuo rectore. Regit̄ ſiquidē a ſpiritu ſancto quē xp̄s promiſit Apoſtolis pro eccl'ia q̄ tunc in eis cōſiſtebat. Rogabo ingt patrē, ⁊ aliū paracletū dabit vobis, vt maneat vobiſcū in ęternū ſpiritū veritatis. Sed vt clare liq̄t xp̄s nō loquit̄ ibi de ap'lis tantū q nō erant māſuri in ęternū, verū etiā de eorꝫ ſucceſſorib. vſqꝫ in fine mūdi. Itē Paracletus aūt ſpūs. s. quē mittet pater in nomine meo (vt ibidē habet̄) ille vos docebit oīa, ⁊ infra. Multa habeo vobis dicere, ſed nō poteſtis portare modo. Cū aūt venerit ſpūs veritatis, ille docebit vos oēm veritatē. Per q̄ ⁊ alia multa ſimilia intelligit̄ regimen eccl'ię cōmiſſū eē ſpūi ſancto Chriſto recedēte ſm ſui p̄ſentiā corporalem. Et ideo nō ſine rationabili cauſa in ſymbolo Apoſtolorum poſt articulū de ſpiritu. s. Sequitur ſtatim articulus de Eccleſia, cum dicitur. Credo in ſpiritum ſanctum ſanctam Eccleſiam catholicam, vt ſit ſenſus ſecundum ordinem verborum. 5. rō p eadē eccl'ię ſanctitate. Joan.14. Joan.16.

Credo in ſpiritū sanctū regentem, gubernātē, atq; ſanctificātem Eccleſiā catholicā. Et ſic reſoluēdus eſt hic articulus ſm propriū ſpūs.s.opus. Hoc ē. Credo in ſpiritū.s.nō tantū in ſe, ⁊ ſm ſe ſanctuꝫ. At etiā credo in eum ſm propriū opus eius, qđ eſt Eccleſiā ſanctificare. Neq; eſtimādum eſt articulū illum intelligi debere de Eccleſia triūphāte, cui ſanctitatē ineē nullus dubitat chriſtianus. Sed đ Eccleſia militāte, quā xps ſe fundaturū pollicitus eſt ſupra firmā petrā.i.fidei cōfeſſionē, cōtra quā etiā portę inferi nō ꝑualebunt. q̄ certe ꝯfeſſio fidei non cōpetit ſtatui Eccleſię triūphantis, qm̄ teſte Aplo. Cuꝫ venerit qđ perfectū eſt, euacuabit qđ ex parte eſt. Unde cum oīs chriſtianus illā Eccleſiā profiteatur ſanctā, quā dn̄s ſupra firmā fūdauit petrā, ideſt fidei cōfeſſionē, q̄ nō eſt triūphantis, ſed militantis Eccleſię. ſequit hanc Eccleſiā ꝓfiteri in ſymbolo, cum dicit. Credo ſanctā Eccleſiā catholicam. Et hęc deniq; eſt ſentētia diui Aug. in expoſitione ſymboli. Pariterq; beati Greg. in regiſtro: q̄re ⁊c.

Verus iſti' articuli itel lectus Credo i ſpiritū ſanctū ſanctā eccl'iaꝫ.

1. Cor. 13.

Aug.

Grego.

6. Ratio.

¶ Sexto dicitur Eccleſia ſancta pp ſanctas leges ⁊ ordinationes, leges .ſ. euāgelicas, leges quoque ipſius Eccleſię in diuinis fundatas, quib. regit ⁊ gubernat, Quarū trāſgreſſores vtiq; diuinā legē ſoluūt, illā.ſ. qua dn̄s dicit in euāgelio Luce. Qui vos audit me audit, ⁊ qui vos ſpernit me ſpernit. Nam in fide ⁊ morib. ⁊ in his q̄ ſunt de neceſſitate ſalutis Eccleſia vniuerſalis errare nō pōt. (Licet oppoſitū afferant Lutherani.) Nos autē vniuerſalem Eccleſiā ſpiritu ſancto rectam nō poſſe errare omnino fatemur. Domino promittente, qui ait. Ego rogaui ꝓ te Petre vt nō deficiat fideſ tua, Et alibi ſuper hanc petrā hędificabo Eccleſiā meaꝫ, ⁊

Luc. 10.

Luc. 22.

portę

portę inferi nō p̄ualebunt aduerſus eum, ⁊ infra lo Matth. 16.
quens de fraterna correctione inſuper ait. Si te nō
audierit dic eccl'ię, ſi eccl'iã nō audierit ſit tibi ſi- Matth. 18.
cut Ethnicus ⁊ Publicanus, in quib. ⁊ alijs fun-
datur poteſtas diffiniendi, determinãdi, ſtatuẽdi,
decernẽdi p̄cepta, leges ⁊ canones cõſtituẽdi: ⁊c.

¶ Septimo appellatꝰ eccl'ia ſãcta a ſacramẽtoꝝ ſan Ratio. 7.
ctitate, q̄ in ipſa per eccl'ię miniſtros cõtinue diſpẽ
ſantur, q̄ nec inquinari poſſunt p maliciã miniſtro
rũ, ſed ſemp deo placẽt proſuntq; ſuſcipienti nō po
nẽti obicẽ, ſiue p bonos ſiue p malos diſpẽſent ⁊c.

¶ Octauo ſancta eſt eccl'ia ex indefectibili aſſiſten- Ratio. 8.
tia Chriſti ſui ſponſi, perpetuaue mãſione ſpiritus
ſancti prout ſupra habitũ eſt. Nã manſio ſua quam
xp̄s promiſit eccl'ię, nō eſt quãtũ ad corporalẽ p̄ſen
tiã intelligenda. Sic.n. abijt in cęlũ ⁊ donec ſeculũ
finietur ſurſum eſt ōſs, ſed huiuſmodi xp̄i manſio
a beato Aug. exponiť p fidẽ doctrinã ⁊ charitatẽ,
Ex quib. conuenio in vos O heretici Lutherani, q Author hic
vſq; ad p̄ſens audacter negaſtis eccleſię ſanctitatẽ. cõuenit in
Quomodo.n. nō eſt hęc eccl'ia ſancta: pro qua ſan- Luthera.
ctificãda ſanctus ſanctoꝝ xp̄s ſanguinẽ ſuũ fudit:
vt aperte teſtať Apl's ad Epheſios. D. Chriſtus di Ephe. 5.
lexit eccleſiã, ⁊ tradidit ſemetipſum pro ea, vt eã ſan
ctificaret. Mũdans eam lauacro aquę in verbo vi
tę, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiã, non ha-
bentem maculã neq; rugã. aut aliquid huiuſmodi.
Sed vt ſit ſancta ⁊ immaculata, Sanctã demũ eſſe
neceſſe eſt pro qua ſanctificãda xp̄s qui ſemper exau
ditus eſt pro ſua reuerẽtia, patrẽ orauit dicẽs. Pa Joã. 17.
ter ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mi Dictũ xp̄i
hi, vt ſint vnũ, ſicut ⁊ nos vnũ ſumus ⁊c. Ecce mirã mirabile p
da verba, q̄ xp̄s pro eccl'ia format orãdo, ⁊ ne aliqui eccl'ię ſan-

patent Chriſtū tantū loqui de Apoſtolis. Sequit infra. Sāctifica in nomine tuo eos in veritate. Nō enim pro eis rogo tantū, ſed pro his, qui crediturí ſunt, per verbū eoꝝ in me. Supra.n. immediate dixerat xp̄s. Sicut tu me miſiſti in mundū. Ita ⁊ ego miſi eos in mūdū, ⁊ pro eis ego ſanctifico meipſum vt ſint ⁊ ipſi ſanctificati in veritate. Nō poterat q̄ppe de Eccleſię ſanctificatione expꝛeſſius ⁊ clarius ſcriptura loqui. Ideo ⁊c.

9. Rō p vltima eccl'ie ſanctificatione. Auguſti. ¶ Deniq3 nono dicit eccleſia ſancta, q2 tantū in ea, nulloq3 mō extra eā pōt quis ſanctificari, ſanctęq3 ad ſalutē viuere, ⁊ ſi nāq3 extra eam ſacramēta pcepta vera ſint, nequaq̄ tñ ſalutifera, de qua Aug. in de fide ad Petrū parte prima inquit, Baptiſmus q̄dem extra Eccleſiā eſſe pōt, ſed niſi in Eccleſia prodeſſe nequit. In Eccleſia igit catholica tantūmodo pōt pdeſſe pceptio baptiſmatis, ⁊ opa miſericordię. Pariterq3 nois xp̄i glorioſa cōfeſſio. Si tñ i Eccleſia catbolica bene viuat. Merito ergo ſancta dr̄ Eccleſia itra quā ſolā, ⁊ nō extra, vlla ſāctitas reperit: quare ex his omnibus cōcluſionem noſtram eſſe veram clariſſime conſtat.

¶ Tertia Concluſio.

Omnia enim ſancita per generale cōcilium in ſpiritu ſanto legitime cōgregatus vniuerſalis Eccleſię ſanctę repñſentatiuum a ſpū.s. ſanciri fatemur, ideo ea firmiter credere eiſq3 aſſentire omnes Chriſti fideles ſub dei indignatione tenētur.

Prima ratio p cōcilij autboritate ¶ Hęc cōcluſio tam veteris quam noui teſtamēti teſtimonijs demōſtratur, nam vt dictū eſt in nona Eccleſię acceptione, eccleſia vniuerſalis vera quę eſt omniū fideliū multitudo propter ſuam nimiā dilatationem, nūquam cōgregatur, nec congregari po-

teſt, ad quodcūq; diſcernēdum. Cōuocantur autē patres ⁊ viri docti de omnibus mundi partibus, ad omnia diffiniēda, ⁊ decernēda, ⁊ ſic cōcīliū eſt ſuꝑmus tribunal in terris, babens autboꝛitatē ſuper quālibet rem, quālibetq; perſonā cuiuſcūq; ſtatus, aut dignitatis fuerit. Et boc quidē cōcīliū initium babuit in veteri teſtamento. Dominus. n. in deut. ait. Si difficile, ⁊ ambiguū apud te iudiciū eſſe perſpexeris inter ſanguinē ⁊ ſanguinē, cauſā ⁊ cauſā, lepꝛam ⁊ non lepꝛam, ⁊ iudicium inter poꝛtas tuas videris verba variari, ſurge ⁊ aſcende ad locū, quē elegerit dominus deus tuus, veniesq; ad ſacerdotes leuitici generis, ⁊ ad iudicem, qui fuerit illo tēpoꝛe, quereſq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, ⁊ facies quodcūq; dixerint qui pręſunt loco quē elegerit dominus, ⁊ docuerint te iuxta legem eius, ſequerisq; ſententiā eoꝛum nec declinabis ad dextram nec ad ſiniſtrā, qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempoꝛe miniſtrat domino deo tuo, ex Decreto iudicis moꝛietur bomo ille, ⁊ auferes malū de Iſrael cunctusq; populus audiēs timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Ecce qualiter bic dominus omnia iudicanda ⁊ diſcernenda remittit ad ſacerdotes vniuerſalem Eccleſiā repꝛęſentantes, quoꝛum congregatio concilium appellatur. Pręcipitq; inſuper cuilibet babenti aliquod difficile negocium ⁊ ambiguū ire ad ſacerdotum cętum. Mandatq; deinceps, vt ſequatur eoꝛum ſententias, nec audeat declinare ad dexteram vel ad ſiniſtram, ſub moꝛtis ſententia. Si igitur tanta poteſtas data erat ſacerdotibus veteris teſtamēti, tantaq; ſubditoꝝ iuſſio, cur in lege gratię generale cōcilium vere credentium in

Deut. 17.

Autboꝛ bic ex autboꝛitate infert ꝓpoſitū.

ſpiritu ſancto legitime cōgregatū vniuerſaliſſimam eccleſiā xp̄i rep̄ſentans,hac poteſtate carere debet? Cum dn̄s ⁊ ſaluator noſter maiorē ei cōceſſerit poteſtatē ipſo dicēte. Quia ſi duo ex vobis ꝯſenſerint ſup terrā ⁊c. de oi re quātūcꝫ petierint fiet illis a patre meo q in celis eſt: Ubi.n.erunt duo vel tres cōgregati in nomine meo,ibi ſum ī medio eoꝝ. Quāto magis cū fuerint mille vel plures in noie xp̄i cōgregati,ad ea diſcernēda ⁊ diffiniēda:q̄ cōcernunt fidem ⁊ hominū ſalutē: ibi aderit xp̄s ⁊ inhabitabit ſpiritus.s.Nullus.n.euidentius pōt conuinci nō audiſſe eccleſiā, quā ſi conciliū noluerit audire. Nuſquā quippe reperitur maior cōſenſus,quaꝫ in cōcilio.Nullibicꝫ Chriſti fideles congregari poterunt plus in nomine domini quam in concilijs generalibus,Ideo.⁊c.

Alia ratio. ¶ Preterea generale ꝯciliū etiam paucoꝝ doctiſſimoꝝ aūt ⁊ bonoꝝ xp̄i fideliū in ſpū.s.legitime cōgregatum,vniuerſalē omniū catholicoꝝ rep̄ſentat eccleſiā,igiť qualis authoritatis erit tota vniuerſalis eccleſia,talis erit generale cōciliū ipſam rep̄ſentans,ꝯña eſt nota,añs ꝓbatur. Primo authoritate veteris teſtamenti. Sępiſſime.n.in Exodo,p̄cipue aūt cap.19.habeť qd̄ quādo deus voluit dare legē

Exodi.19. Moyſi p̄cepit ei dicēs. Hęc dices domui Jacob ⁊ annūciabis filijs Iſrael ⁊c.Sed paulo poſt de Moyſe diciť.Uenit Moyſes ⁊ cōuocatis maiorib.natu populi expoſuit oēs ſermones dn̄i ⁊c. Et licet ſolū ſeniores populi reſpōdiſſent cū quibus loquebatur Moyſes tn̄ ſubdit textus.Reſpōditcꝫ omnis populus ſimul.Et tamen nō erat ibi oīs populus niſi rep̄ſentatiue igiť maiores natu vniuerſum populum

Deut.42. ſimul rep̄ſentabant.Et hoc eſt qd̄ in Deut.ſcribiť.

Interoga patrē tuū, ⁊ anūtiabit tibi maiores tuos ⁊ dicēt tibi ⁊c. Item in eccl'aſtico ſcribit. Ne deſpi ciās narrationē pſbyteroꝝ ſapiētiū, ⁊ i prouerbijs coꝝ conuerſare. Ab ipſis.n. diſces ſapientiā, ⁊ doctrinā intellectus, ſeruireq₃ magnatis ſine q̄rella. Nō te inſuper p̄tereat narratio ſenioꝝ. Ipſi.n. didicerūt a patribus ſuis, quoniā ab ipſis diſces intel lectum ⁊ doctrinā. Ex his igit̄ infero, q̄d ſi antiq̄tus tenebātur populi auſcultare narrationes ſenio rum patrū, necnō pſbyteroꝝ ſapientiū, quāto magis tenētur laici indocti, ceteriq₃ oēs vulgares xp̄i fideles ſtāre ad ſanctoꝝ patrum Decreta in ſanctis cōcilijs determinata ⁊ ſancita. Cū maxime circa ea, q̄ cōcernunt xp̄i fidem, ⁊ animarū ſalutē. Nō autē falſa Lutheranoꝝ dogmata credere, eiſq₃ prauis potius aſſentire dictis. Nā in p̄teritis cōcilijs, vbi olim damnata fuerunt ea q̄ nuperrime ſuſcitarunt Lutherani, aderant patres doctrinis ⁊ morib. vita ac ſanctitate p̄clari, repleti gr̄a ⁊ ſpū ſancto, vniuerſalē eccl'iā₃ rep̄ſentātes, quib. magis credendū ē q̄ hereticis Luthe. cōcilioꝝ Decreta repudiātib.

Eccleſia. 8.

Cōuincūtur hic Luthe.

¶ Secūdo illud idē añs. ſ. q̄d gn̄ale cōciliū in ſpiritu. s. legitime cōgregatū, totā vniuerſalē eccl'iam rep̄ſentare Authoritate noui teſtamenti ſic probo. Habet̄.n. in actibus ap̄loꝝ, q̄d q̄dā deſcēdētes de Judea docebant fratres, q: niſi circūcidamini ſecūdum morē Moyſi nō poteſtis ſaluari, facta ergo ſeditione nō minima Paulo ⁊ Barnabe, aduerſus illos ſtatuerūt vt aſcenderent Paulus ⁊ Barnabas, ⁊ quidā alij ex alijs ad Ap̄los ⁊ p̄ſbyteros in Hieruſalē₃ ſuper hac q̄ſtione. Ecce quō iſti impleuerūt illud Deut. 17. Ex quibus etiā habetur, q̄ erat tūc tēporis eccl'ia. Nō ſiquidē tota fideliū cōgregatio,

Actuū. 15.

Deut. 17.

ſed tantū Apoſtoli ⁊ p̄sbyteri, qui vniuerſalem rep̄ſentabant Eccleſiā, quod inſup ꝯfirmatur per ea q̄ in eodē capite ſequūtur. Surrexerunt autem quidam de bereſi pbariſeoꝝ, qui crediderunt dicētes. Quia oportet circūcidi eos, p̄cipue quoqꝫ ſeruare legem Moyſi. Conuenerūtqꝫ Apoſtoli ⁊ ſeniores videre de verbo boc. Et infra ponitur deciſio. 5. Uiſum eſt ſpiritui ſancto ⁊ nobis, nibil vltra imponere vobis oneris, quā bec neceſſaria, vt abſtinētis vos ab imolatis ſimulacbroꝝ ⁊ ſanguine, ⁊ ſuffocato, ⁊ fornicatione, a quibus cuſtodiētes vos bene agetis valete. Ecce ex bis babes cōcilij Apoſtolici formā. Apl̄i. n. ⁊ ſeniores cōuenerunt. Gētes aūt nō ſe oppoſuerūt Apl̄is, ſicut mō Lutberani concilijs. D. Qua autboritate, qua ſcriptura id facitis? Cur adimitis nobis libertatē a xp̄o datā? ⁊c. Si igitur illud Apl̄oꝝ ⁊ diſcipuloꝝ ꝯciliū, totā vniuerſalē Eccleſiā rep̄ſentabat. Dabuitqꝫ poteſtatē ſtatuendi aliqua eſſe neceſſaria ꝑ illo tēpore. Multaqꝫ alia ſtatuit, q̄bus adberere tenemur, eaqꝫ negantes beretici cēſentur, ergo pari ratione quodlibet generale conciliū in ſpū. s. legitime cōgregatū, totā eccleſiam rep̄ſentat, qđ erat propoſitū ꝓbandū, eandēqꝫ bēt poteſtatē ad quodcūqꝫ diſcernēdum, cū ſit idē xp̄s, idem ſpūs. s. eadē fides, igitur eadē cōciliorū poteſtas: q̄re ⁊c. Deniqꝫ vt etiā ꝓpulcbre deducit ab Eccbio, tollatur cōcilioꝝ autboritas, tunc oīa in Eccleſia erūt ābigua, dubia, pendētia, incerta. Nā oēs moꝝ redebūt bereſes cōcilioꝝ autboritate dānate qđ ſi ſcripturis ꝯtra repugnabis, iā ſecluſa autboritate Eccleſie, reiciēt ſcripturā quā volēt, ſicut modo Lutber reiecit ep̄lā ſancti Jacobi q̄ aduerſat̄ ſibi. Similit̄ Macbab. ⁊c. Et olim beretici non

Eiuſdē autboritatis ē eccleſia nūc ſicut tēpore Apl̄oꝝ.

Ultima ꝑpulcbra rō.

acceptarunt quatuor illa euangelia ſicut Manicbei reiecerũt vetus teſtamentũ. O igitũ res miſeranda. Nã ſi illud bęreticoꝝ eſſet verũ. Tũc.n. occurrente aliquo dubio in fide nõ eſſet via decidẽdi illud, ſed qlibet iuxta prudentiã capitis ſui declinaret in illã vel aliã parteẽ. Quõ ergo xp̃s ſufficiẽter prouidiſſet Eccleſię ſuę per legẽ euãgelicã, q̃ tñ debet eſſe pfectiſſima? Cũ igitũ neceſſaria ſit cõciliorũ autboritas pro fidei firmitate, ac animarũ ſalute, ſequamur ſalubre ſapientis cõſiliũ dicẽtis in prouerbijs. Ne trãſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, ergo cõcilia audiamus ꝛ patres, nõ bęreticos nuper natos ꝛ apoſtatas. Pſalmiſta quoqꝫ ait. Quãta mãdauit pr̃ibus noſtris nota ea facere filijs ſuis, vt cognoſcat generatio altera. Igitur nos credamus mãdatis cõcilij s ꝛ patribus. Prouer.22 Pſal.67.

¶ Et ſi dicant Lutberani in concilio ſunt bomines qui errare poſſunt ſępeqꝫ fallunt ꝛ fallũtur, cũ omnis bomo ſit mendax igitur etiam concilium errare poteſt. Aduerſan E bęretici.

¶ Reſpondendũ eſt, quod vt claret in concilio generali legitime congregato ſunt bomines recti, tamen doctore ſpiritu ſancto, qui eos falli non ſinit. Naꝫ ꝛ Paulus ꝛ Ioãnes, Eſaias quoqꝫ, ꝛ Dauid, fuerunt bomines, ꝛ tamen eoruꝫ ſcriptis credere tenemur. Si igitur ſcriptores canonici infallibiliter ſcripſerunt qui fuerunt bomines, ſic patres in concilijs afflati ſpiritu ſancto, infallibiliter determinãt ea: quę ſunt in tota Eccleſia Catbolica ſeruanda: quare ꝛc.

¶ Pulcberrima difficultas.

Hic laudabiliter ꝛ nõ immerito querenduꝫ eſt. An illa q̃ aſſerũt Lutberani aduerſus eccleſiã

catholicā ac concilioꝝ determinationes ſanctoꝛūq; antiquoꝝ patrū ſanctiones ſint in generaliſſimo futuro cōcilio diſputationibus pꝛoponēda.

Quō ſumit eccleſia in pꝛo poſito.

¶ Pꝛimo reſpondēdum eſt qꝺ falſa Lutheranoꝝ dicta aduerſus ecclię ſanctiones nō ſunt tāquā dubia ⁊ nō bene in alijs ſanctis cōcilijs deciſa, aut cōſiderata, ſeu rationabiliter dānata in generaliſſimo futuro cōcilio diſputationib. pꝛoponēda nec ab illis cōtra nos ſubſtētanda, ita qꝺ ipſi habeāt ad noſtras reſpōdere obiectiones velut cathedrātes falſa ⁊ heretica ſuſtentādo, ac moꝛe diſputantiū noſtris argumētationib. reſpōdēdo (et ratio eſt) quoniā articuli Lutherani ſunt huiuſmodi qꝺ ſi in diſputationē pꝛoponerētur vt ab ipis eſſent ſuſtētādi iā miſteria fidei noſtrę ac ecclię ⁊ ꝯcilioꝝ authoꝛitas, Ludibꝛio exponerentur. Habemus. n. ea q̄ in ſanctis cōcilijs fuerūt determinata tāquā vera ⁊ certa, ideo nō ſunt velut dubia periculo exponēda.

Secūda rō

Matth. 28.

¶ Deinde ſcandalū nō modicū oꝛiretur non tantū apud ſimplices fideles verū etiam apud iudeos ⁊ infideles. Cū audiſſent ea in fide noſtra in dubiū verti q̄ a ſanctis patribus in cōcilijs ante mille annos imo ante mille ducentos fuerūt cōſtituta ⁊ decreta ac Apl'oꝝ tēpoꝛe obſeruata. Nullus qppe ēt habens fidē vt granū ſinapis ⁊ aliqd pꝛudētię iſta iudicaret diſputāda tū maxime coꝛā frigidis ⁊ maleſentiētib. laycis, pcipue qꝛ cōſtat nobis de eoꝛum ſubuerſione ac pertinacia certe nolūt diſputare coram doctis ⁊ literatis, ac in theologia ⁊ in ſcripturis ſanctis exercitatis, ſed coꝛa indoctis vulgarib. quoꝝ capacitas ſe nullo modo extendit ad iudicanda huiuſmodi miſteria fidei.

2. Coꝛ. 3.

Hiere. 31.

¶ Pꝛęterea pleriq; coꝝ adeo pertinaces ſunt, vt li

bere promittãt ſe articulos vſq3 ad mortẽ defenſu
ros, noluntq3 acquieſcere fortiſſimis rationibus,
etiã ex fundamẽtis diuinarũ ſcripturarũ ſumptis,
minus aũt eficaciſſimis perſuaſionib. Nolunt inſu
per admittere alium iudicẽ quã ſcripturã quã etiã
volunt ſuo modo ſecundũq3 propria capita interp̃
tari ideo liquet eos eſſe incorrigibiles ⁊ obſtinatos
qui nec ſunt docibiles dei, ſed innitũtur proprię pru
dentię ponuntq3 obſtaculum ſpiritui ſancto (vt
peroptime deducit Ecchius.)

¶ Proinde qđ nõ ſit hoc modo cũ Lutheranis in generaliſſimo futuro concilio diſputãdu3 liquidũ eſt per illud Apoſtoli ad Thimoth. dicentis. Noli verbis cõtendere ad nihil. n. vtile eſt niſi ad ſubuerſionẽ audientiũ ⁊ ibidẽ ſtultas ⁊ ſine diſciplina q̃ſtiones de vita ſciens q2 generant lites. Itẽ ad Titum, ſtultas autem queſtiones ⁊ cõtentiones ac pugnas legis deuita, ſunt. n. inutiles ⁊ vanę, Certe Apoſtolus in his locis p̃allegatis admonet doctos fideles ne contendant contra illos falſa ſuſtentare conãtes. ⁊c. cõfirmatur ratio autboritate Apoſtoli. Timoth. 2 Titi. 3.

¶ Secundo dicendũ ẽ ſaluo ſemper meliori iudicio ac patrum determinatione ne videar maioribus meis imponere legem, quibus in omnibus humiliter ſubijcior, Quod omnia q̃ in ſanctis cõcilijs fuerunt rationabiliter determinata quibus Lutherani aduerſantur ſunt in generaliſſimo futuro concilio diſputationibus proponenda, Non vt certa pro dubijs ponãtur, ſed vt veriora ac certiora appareãt ⁊ videantur q̃ etiam a nobis contra illos ſunt ſuſtentanda, qm̃ ipſi prius ad litterarium certamen nos concitarunt, conqueſtiq3 ſunt plures apud Cęſaream catholicamq3 maieſtatẽ Inuictiſſimi Charoli Sententia authoris cõditionata

Imperatoris de futuro concilio fiendo, q̃ non ce lebratur, clamant ne inceſſanter ipſum concilium fieri, Ideo cum placuerit ſũmo noſtro pontifici alio rumq; cardinalium cętui, aderitq; tempus oportu num vt cõmode fieri poſſit ſedata chriſtianorum prin cipum lite, nobis erit ſpiritualium armorum elec tio, ad inſtar illorum qui ab alijs ad ſingularia cer tamina prouocantur, qm̃ noſtra intereſt omnia ab Eccleſia ſancta iuſtiſſime determinata iuſtẽtare, nec non ad Lutheranorum obiectiones viriliter ac ra tionabiliter reſpondere, quapropter hę concluſio nes orthodoxe quę & in p̃cedentibus ac ſequenti bus tractatibus ponuntur (vel alię conſimiles) cęteris prauis modernorũ hęreticorũ concluſioni bus & articulis totaliter oppoſitę cõtrarię ve, erũt i ipſo generaliſſimo futuro cõcilio examinãdę, diſcu tiẽdę, ac deinũ ꝓ maiori fidei firmitate ſubtiliter di ſputandę, a catholicis autem ſuſtentandę. Quę li cet iamdudum fuerint in ſanctis concilijs determi natę nuper tamen ꝓ maiori eccleſię pace, ac Luthe ranorum confuſione, potius autem ob eorum con uerſionem & ſalutem a catholicis ſunt, diuina prote gente gratia, iterum determinãdę vel confirmãdę, q̃ vt liquet non tantum diuinarum ſcripturarum teſtimonijs approbantur, Quinimo fundatiſſimis Rationibus ex vtroq; teſtamento ſũptis demon ſtrantur cum reſponſionibus ad eorumdem falſas hęreticorum obiectiones, nobis tamen ſemper deo optimo fauente, cui ſoli eſt honor & gloria per ę uũ.

Quo nam modo cũ hę reticis diſ putãdũ eſt in generali cõcilio

¶ Ex elucidiſſimo tractatu De primatu Petri,⁊ ſedis Apoſtolice nonuꝫ huius Concluſionis ſcripturale Bellum Cõcluſio vnica.

PEtruꝫ fuiſſe principem Apoſtoloꝝ ⁊ ex conſequenti omnium credentium ꝓ ſi⸗ dei veritate a nobis ſuſtendandum ve nit. Quare ſummus pontifex cuius per ſonam,⁊ officium gerit in terris caput eſt totius vniuerſalis Eccleſię.

RAtionibus hec concluſio ſumptis ex ſcriptura rum fundamentis,tam veteris quam noue le⸗ gis,ita clariſſime demonſtratur.

¶ Primo.n.ſumam fundamentum in veteri teſta mento,Quũ in omni tam in lege naturę,quam in le ge Moſi fuerunt ſacerdotes,quorum vnus ſemper tenuit principatum,ergo pari ratione in lege Chri ſti ⁊ gratię,n qua omnes veteris teſtamenti expli⸗ cantur figure,debent reperiri ſacerdotes, quorum vnus ſit caput ⁊ princeps ſicut cęteri alij,a xpo in⸗ ſtitutus,cõſequentiaꝫ liquet dicente Apoſtolo Om nia in figura contingebant illis,igitur omnes ſacer dotes antiqui erant vmbra ⁊ figura iſtoꝝ Chriſti ſacerdotum,Ergo quẽadmoduꝫ in veteri lege erat vnuſ primuſ ſacerdos inſtitutuſ a deo,⁊ alii inferio res,Ita nunc a ſimili(cũ figura nãqꝫ ſit alicuius figurati figura)reperiri debet vnuſ omniũ ſacerdo tum primus a xpo inſtitutus,ideo ꝯña clara,primũ aſſumptũ probo,Nã ante inſtitutionem ſacerdotii Aarõ ⁊ filioꝝ eius,annexũ erat ſacerdotiũ priloge⸗ niturę. Sic ꝙ prilogeniti faciebãt officia ſacerdotũ Abraã.n. dedit decimas Melchiſedech ſacerdoti, quãuis ſacerdotiũ adhuc nõ eſſet inſtitutũ,Ille.n. Melchiſedech fuit Sẽ prilogenitus Noe,Idẽ quo

1.Ratio

1.Corinth. 10.

Gen.14.

q̃ de aliis primo genitis habetur in Exodi. libro,

Exo. 19. Nã illi faciebant officia sacerdotũ, vſq̃ ad inſtitu=

Exo. 28. tionem ſacerdotij Aarõ & filiorum eius, de quibus in eodem legitur libro igitur. &c.

Cõfirmat. Exodi. 29. Leuitici. 8. ¶ Proinde de conſecratione Aarõ, & filiorum eius in ſacerdotes habetur in Leuitici ac Exodi. libris, q̃d Moſes conſecrãdo Aarõ fudit oleũ vnctionis ſup caput eius, Cumq̃ applicaret filios Aaron cultui diuino non vnxit eos oleo conſecrationis ſed tan=tum veſtiuit eos veſtibus ad ſacerdotium deputa=tis, et edoctis a deo. Quas ſimul cum ipſis filiis a

Initiũ ſacerdotũ in lege noſi quorũ erat primus ſperſit quadam vnctione, ex oleo nempe vnctionis & ſanguine hoſtię fiebat q̃dam miſtio, qua ipſi ſacer=dotes inferiores, & eorum veſtes aſpergebãtur, Hic igitur ex ſacris literis cauſam afferant hęretici, cur ſolus Aarõ vnctus eſt oleo in capite, filii autem eius tunicis tantum ornati aſperſi ſunt. Certe ſi ad verum ſenſũ hic ſcripturã exponere volumus Nihil aliud dicendum erit niſi quod Aarõ ſummũ ſacerdotem vel Epiſcopum repſentabat, vnctio quo que illa authoritatẽ ab vno ad alios transferri poſ ſe ſignificabat, ſicut ſpũs vitales a capite deſcendẽ=tes, ad cętera corporis membra viuificanda, filii ve=ro eius, alios Chriſti inferiores ſacerdotes rectiſſi=

Opt m i ſi= inſtitud) in propoſi:o me figurabant, Ergo ſimili ratione nunc reperi=ri debet vnus primus ſacerdos. Quẽ Aarõ figura bat qui nec Chriſtus dici debet, quoniam ipſe fuit ſacerdos ſecundum ordinẽ Melchiſedech Eternus cuius dignitas maior fuit ſuper omnem dignitatẽ

Cõfirmat Aarõ. Itẽ in veteri lege ſemper reperiebatur vnus ſummus ſacerdos pſentialiter exiſtens, Sed cum Chriſtus non ſit in Eccleſia per corporalem pſentiã Ideo neceſſe eſt alium loco eius exiſtere, cuius pri=

mum locum habuit petrus, Aliter vnquã figura ſa cerdotii Arõ eſſet completa.⁊c. Cõfirmat.
¶ Preterea aſſignent Lutherani cauſam quare deus precipit vt faciant veſtem ſanctam Aaron ad ſanctuarium in qua ſacerdotio fungetur ei, Et hę veſtes quas facient, pectorale ⁊ ſuper humerale, Et tunicam talarem, ⁊ tunicam, Et cydarim ⁊ baltheũ ⁊ faciant veſtes ſanctas Arõ ⁊ filiis eius, vt ſacer dotio fungantur mihi.⁊c. Exodi.28.
¶ Siquidẽ ex illis nihil aliud colligi põt, niſi deũ voluiſſe ſummũ ſacerdotem eſſe tam veſtibus quaꝫ moribus ab aliis diuiſum, in figuram huius primi Eccleſie pontificis, cui onus populi impoſitum eſt, qui ⁊ in eius pectore habere debet iugis medita⸗tionis, ac diligentię pondus.⁊c.
¶ Poteſtas etiã ipſius ſũmi ſacerdotis ſup alios o ſtendebaẗ in corona, quã deus iuſſit poni in mitra ſũmi ſacerdotis cũ aliis ornamẽtis vt pꝫ in loco nu perrime allegato, ſimplices nãqꝫ ſacerdotes vnam tantum mitram habebant que erat de byſſo ſed ſũ⸗mus ſacerdos ſuper mytram de byſſo habebat my⸗trã hyacintinam. A ſimili hoc idem fieri debet in ec cleſia xp̃i vt.ſ. ſit vnus ſũmus pontifex ab aliis ve⸗ſtibus ⁊ corona ac mytra diſtinctus. 1. Paralip. 24.
¶ Rurſus in veteri lege etiaꝫ non ſolum reperiun tur fuiſſe plures principes ſacerdotum, diuiſi per fa milias, vt patet in Paralip. Sed etiam reperitur princeps principum, Nam in numeris habetur qđ Eleazar erat conſtitutus princeps principum leuita rum, ad cuſtodiendum omnes cuſtodias ſanctoruꝫ ſuper cunctos autem erat Arõ, cui omnes leuite dati erant ad ſeruiendum, in eodem etiam numeri capite ſcribitur vbi ſic dicit Dominus, aplica tribuꝫ Numeri.3.

leui, ꝛ fac ſtare in cõſpectu Aaron vt ſeruiant ei.ꝛc.
Et a deo vocatus eſt pontifex, Quantę autem obſer
uantię ꝛ reuerentię fuiſſet Aaron, patet per illud
Exodi.22. Exodi. vbi ait deus per Moſen, diis non detrahes
Et principi populi tui nõ maledices, vñ Paulus cũ
maledixiſſet Ananię. d. Percutiet te deus paries de
Actuũ.23. albata, vt in actibus legitur apoſtolorum, Qui aſta
bant dixerunt ſũmum ſacerdotẽ dei maledicis? qb.
inquit Paulus, Neſciebã fratres qꝛ princeps eſſet
ſacerdotũ, ſcriptũ eſt.n. principẽ populi tui non ma
Perpulchꝰ ledices, Si ergo in lege veteri huiuſmodi officia
hic cõcludi ordinũ in plures perſonas diſpartita fuerunt ꝓ di
tur propo ſitũ. uini cultus miniſterio, decet ꝛ congruit, vt in noua
lege, cuius lex vetus figura fuit, huius generis red
plantur miniſteria, ꝛ ordinũ gradus, Et quod denĩ
pariter principes ſacerdotuꝫ diuerſi ꝑ diuerſas dio
ceſes, Cũ ergo xp̃s ꝓclare iſtitutã relinquere voluit
rẽpubli. Eccl'iaſticã. Qꝛ ꝑ vnũ nõ eque cõmode ex
pleri poterat miniſterium diuini cultus, diuiſit mi
niſteria, vt ſic ſine grauamine ꝛ confuſione omnia
recte fierent, Et quẽadmodũ Moſes princeps popu
li habuit adiutores ſeptuaginta ſenes, Qui tempo
ralium tantũ curã habebãt, ꝛ ſicut omnes leuitę ꝛ
Numeri.11 ſacerdotes ſubditi erant ſeruiebantqꝫ Aarõ ſummo
ſacerdoti, Ita a ſimili (vt explicetur figura illa) in
Hic a ſimili Eccleſia xp̃i operepꝛcium eſt vnuꝫ eſſe principem.i.
arguit au pontificem ſummum, qui totã xp̃i rempu. plenarie
thor moderetur, cuius poteſtas maior eſt omniũ ſacerdo
tum dignitate, Quia omnes ei humiliter parere
tenentur, Quñ ab ipſo pontifice ſummo pendet iu
riſditio eorũ.ſ. augendi vel minuendi miniſteria ꝛ o
perationes illorũ circa dei cultũ, Et etiã circa omiũ

regimen, vt clare oſtenditur p illud Deut. vbi deus p Moſen ordinat quod i dubijs ꝛ difficillimis cauſis recurrendum ſit ad ſupremū Judicem, in tēporalibus ad iudicē temporalē, in ſpiritualibus vero ad ſummū ſacerdotē, ꝛ ex hoc loco appellationes traxerunt originē. Ait. n. deus ſi difficile ꝛ ambiguū apud te iudiciū eſſe proſpexeris inter ſanguinem ꝛ ſanguinem, cauſam ꝛ cauſam, leprā ꝛ nō lepram ꝛc. prout oſtenſum eſt ſupra in tractatu de Eccleſię authoritate folio. 138. — Deuter. 17

¶ Deinceps apud Ezechielē hoc idē habetur vbi ſic ſcriptum eſt, factum eſt verbum dñi ad me dicēs fili hominis loquere filiis populi tui ꝛ dices ad eos, terra ſup quā induxero gladium, ꝛ tulerit populus terrę virum de ſuis, Et conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem ꝛ viderit gladium venientē ſup terraꝫ ꝛ cecinerit tuba ꝛ ſignificauerit populo, ꝛ audierit audiens vocem tubę, ꝛ non obſeruauerit, ꝛ venerit gladius, ꝛ cōphenderit eū, ſanguis eius in capite eius erit Et infra ſubdit dñs, filii hominis ſpeculatorē dedi te domui Jſrael ꝛ audies ex ore meo ſermones ꝛ anuntiabis eis a me, ꝛc. — Ezechi. 33. — cōfirmatur ratio p pulchrā figurā

¶ Ex quibus verbis figuratiue nonnulla colligi poſſunt, in primis quod ſpeculator. i. prelatus ſpiritualis poteſt eſſe iſtitutus a deo, vt fuit Ezechiel ſuper domū Jſrael vt patet ibi, ſpeculatorē dedite ꝛc. Et ſic petrus inſtitutus fuit a xpo. Jtē qđ ſpeculator pōt eligi a populo ꝛ cōſtitui ſupra ipm populuꝫ eligentem vt patet ibi, Et tulerit populus virum vnum, ꝛ conſtituerit eum ſuper ſe, ꝛc, Et ſic eliguntur ſucceſſores Petri, Jtem ſpeculator ſiue ſit a deo datus imediate: ſiue ſit ab aliis electus. — Ex dicto Ezech. multa colligūt

¶ Habet canere tuba cū viderit gladium, per quod innuitur quod prelatus tenetur imperare ea que vtilia ſunt ad remouendum periculum gladii.i. damnationis. Item omnes in hiis que ad illud periculum euitandum conducuntur et ad dei miſericordiā cōſequendam, omnino obedire debent tube .i. mandatis et admonitionibus ſpeculatoris.i.ſummi pontificis, et ita claret quod ſummus quidem ſacerdos, licet non poſſit condere legem ſuper ſubditos repugnantem legi dei, Poteſt tamen legem ac ſtatuta facere ad euitandum periculum peccati, et etiam pro dei gratia acquirenda vel conſeruanda, et ratio eſt Quia paſtori incūbit ex officio oues a lupo et ab omni alio periculo totis virib. cuſtodire, vt in euangelio Joannis docet Chriſtus. Quantum fit diſcrimínis inter paſtorem et mercenarium, Lupus quidem diabolus eſt, qui calide circuit vt oues deuoret, contra quem paſtor pro ouibus ponit animam ſuam, et ſiquid aliud eſt quod ouibus nocere poſſit, tenetur paſtor ab hoc detrahere oues, et eas ad ſua paſcua reducere et compellere. Et niſi in huius generis periculis paſtor inuigilet et laboret, non excuſatur ſi oues pereunt. etc.

Summus pō tifex poteſt cōdere legē

Joānis. 10

¶ Et hoc ſiquidem oſtendit deus per Ezechielem inquiens, O paſtores Iſrael: Nunquid paſcunt ſemet ipſos? nōne oues paſcunt paſtores? lac comedítis et lanis operimini, et craſſum occiditis, et oues meas non paſcitis, quod infirmum fuit, non confortaſtis et confractū non aligaſtis, et errans nō reduxiſtis, et quod periit non queſiſtis, et ſic diſperſe ſunt oues mee, eo quod non erant paſtores, et facte ſunt in deuoratione omnibus beſtiis agri, et diſperſe ſūt oues in omni monte, et non fuit requirens neque reducens,

Ezech. 34.

ducens, ⁊ mox ſubdit Propheta. Hec dicit Dñs. Ecce ego ſuper paſtores, ⁊ requiram oues meas de manib. eoꝝ, ⁊ auertã eos ne paſcant oues meas ⁊c. Hec Ezechiel.

Sũmi Paſtoris officiũ pariter ⁊ alioꝝ.

¶ Ex quibus patet quãtum vigilare teneatur ille, cui paſtoris officiuȝ eſt cõmiſſum, oẽs igit̃ eccleſie ordines, tũ maxime ſummus Pontifex ⁊ alij p̃ſules ceteriq; ſimplices ſacerdotes p̃figurati fuerũt in veteri lege: quare ⁊c.

Ex oĩb. īfertur ꝓpoſitũ

¶ Secũdo principaliter pro eadẽ cõcluſione ſic ratiocinat̃. Oĩs multitudo bene ordinata habet vnũ primũ, a quo dirigitur. At vniuerſalis eccleſia eſt fideliũ multitudo poptime ordinata, igit̃ ipſaȝ decet hẽre vnũ primũ a quo dirigat̃ ꝯña ẽ notiſſima. Maior ꝓbatur, qm̃ multitudo nihil aliud eſt, quã pariũ ⁊ impariũ, ſiue ſuperioꝝ ⁊ inferioꝝ ſua cuiq; loca diſtribuẽs diſpoſitio. Inter aũt ſuperiora (cũ multitudo finita ſit) deueniendũ eſt ad vnũ, quod primũ ſit, ⁊ ſupmũ in illo ordine, qđ quidẽ clariſſime liquet, in totius vniuerſi, tam creaturarũ corporalium, quã ſpiritualiũ ordine. Terra nãq; eo q2 ſuapte nã ponderoſior eſt, ⁊ quo ad officiũ infimũ nobilitatis gradũ habet. Infimum ſibi locuȝ vendicat. Aqua vero, q2 terra eſt nobilior, ſuper ipſam locum poſſidet, ſic aer aqua nobilior, ſuper ipſaȝ locum habet. Ignis vero omniũ elementoꝝ nobiliſſimus, eminentiorẽ ſpherã ac locum tenet, eodem quoq; ordine ſuper ſpherã ignis conditũ eſt celum Lune, ſuper Lunã Mercurius, Venus ſup̃ Mercuriũ, ſuper Venerem Sol, ſuper Solem Mars, ſuper Martem Iouis orbis girat, ſed Saturnus planetarũ p̃ſtantiſſimus, planetis omnibus ſupra fertur, ſuper quo voluitur celum ſtellarũ fixarum,

Secũda principalis rõ.

Ordo qđ ſit

Diſcurſus de elemẽtorũ ⁊ celorũ ordine.

T

quod firmamentum dicitur, ⁊ ſuper firmamentū cę-
lum chriſtalinū, ⁊ demū ęminentiſſimū corporū lo-
cum obtinet cęlum empireum: ⁊c.

Angelorū ordo. ¶ At itidē ordo in angelicis ſpiritibus reperitur.
Nam humiliorē locum obtinent angeli, quibus p̄-
ſunt archangeli, inde principes ſeu principatus, in
alijs quoq; ordinibus perfectioribus, poteſtates,
virtutes, dominationes, Itidē ⁊ throni, cherubin,
ac ſeraphin cōcernūtur. Iſte autē ordo cōprobať.
Nam pleriq; angeli inferiores incarnationē Chri-
ſti ignorarunt, quouſq; eſſent a ſuperioribus illu-
Eſaię.63. minati, ⁊ edocti, qđ expꝛſſit Eſaias ingens. Quis eſt
iſte, q venit de Edom tinctis veſtib. de Boſra: ⁊c.
Sed has hierarchias omnes tranſcendit virgo be-
nedicta dei parēs, iuxta illud, Aſtitit regina a dex-
tris tuis ⁊c. At propinquiorem ſedem apud deum
obtinet Chriſti humanitas, quę ſuper oēs creatu-
ras eſt lōge ęminentiſſima, iuxta illud ſimboli, Se-
det ad dexterā dei patris omnipotētis ⁊c. His aūt
omnibus p̄eſt ineffabilis trinitas, atq; incōp̄henſi-
bilis dei vnitas, cuius bonitas replet ac reficit oīa.
Conſpicuū ergo eſt, ea nullo pacto carere ordine, q̄
a deo effecta ſunt, ⁊ procedūt, ⁊ ita ex his claret ve-
ritas maioris. At minor ꝓbať. ſ. qđ Ieſu xp̄i vni-
uerſalis ecctia ſit multitudo fideliū ordinata qdē.
Quāto.n. director ⁊ Imperator multitudinis ſapiē-
tior eſt, tanto huius generis multitudo eſt ordina-
tior, ſed Chriſtus fideliū ecclię gubernator eſt, ⁊ re-
ctor ſapiētiſſimus, qui eſt dei patris ſapiētia, in qua
theſauri ſapiētię, ⁊ ſcientię dei recōditi manēt, er-
Coloſſ.2. go nullā in ea ſinit confuſionē, q: omnia ordinat ⁊
Sapi.7. diſponit ſuauiter ⁊c. Et ſic clare liquet qđ nō abſq;
dei conſilio datur in Eccleſia Chriſti vnū primū. ſ.

ſupmus ſacerdos, quoniaȝ ſpiritus ſanctus per os Pauli ad Ro. loquitȝ dicens. Quę a deo ſunt, ordinata ſunt. Itē q̄ecūq̄ȝ vere dicūtur de deo ⁊ creaturis, illa a deo danȝ ipſis creaturis (teſte Iacobo) Omne datum optimū, ⁊ omne donū pfectū: deſurſum eſt, procedens a pře luminū. Patet etiā de ſapientia de qua Salomon. Oīs ſapientia a dño deo eſt. Principari etiam ſiue dñari vere cōuenit deo ⁊ creaturis vt inquit Iob. Dei poteſtatē nō abijcit, cū ipſe potens ſit: Daniel quoq̄ȝ ait dñabitur excelſus in regno hominum ⁊ cuicūq̄ȝ voluerit dabit illud. Hoc idem etiā oſtendit Chriſtus, cū Pilato loqueretur dicens. Nō haberes poteſtatē niſi datuȝ eſſet tibi deſuper. Et Paulus in loco p̄allegato non eſt poteſtas niſi a deo, ergo primatus ſiue principatus a deo datur Petro ⁊ ſucceſſoribus eiuȝ. Quibus ēt omnes īferiores tenētur obedire vt Paulus paulo poſt ſubdit dicēs. Itaq̄ȝ q̄ reſiſtit poteſtati dei ordinatiōi reſiſtit ſibiq̄ȝ dānationē acqrit, ⁊ īfra. Nō.n. ſine cauſa gladiū portat: Dei.n. miniſter eſt vindex in iram ei qui malū egit, ⁊ tandem cōcludit, ideoq̄ȝ neceſſitate ſubditi eſtote. Nō ſolū propter iram ſed etiam propter cōſcientiam. Ex quibus verbis etiaȝ ego concludo, quod ſi obediendū eſt principibus temporalibus in rebus temporalibus, fortiori argumento obtemperandum eſt eccl'iaſticis principibus in ſpiritualibus: quare ⁊c.

Ro.13. Iacobi.1. Eccli.1. Iob.36. Dani.4. Ioan.19. Ro.13.

¶ Preterea vt etiā p amplius aſſerit, pertractando hāc materiā Ludouicus orlanus doctiſſime dicēs. Lex gnalis hierarchię ē vt īferiores p ſuos ſupiores ſurſuȝ coganȝ ad diuinos ſplēdores ſibi illuceſcentes, recte igiȝ deus noui teſtamēti alios ⁊ alios idoneoȝ miniſtroȝ īſtituit ad diuinū lumē, ⁊ hauriēdū

Cōfirmaȝ ratio.

⁊ inſtruendum in aliis, Hoc autem congruẽtius fieri non poteſt in eccleſia dei niſi per multifariã ⁊ ordinatam inferiorum gubernationem, a qua ſinguli pro ſua capacitate ⁊ qualitate in fide vberius poterunt erudiri, quã ab vno ſolo tamen inter miniſtros eſt vnus primus, qui ante aſcenſionem erat Chriſtus Jeſus, Poſt vero aſcenſionem Petrus habuit principatum cui ſpecialiter a Chriſto cõmiſſa ẽ Eccleſia, Conſtat igitur ex hac .2. ratione qualiter omnis multitudo bene ordinata habet vnum primum a quo dirigitur, cũ autẽ vlis Eccleſia ſit multitudo peroptime ordinata a xp̃o neceſſe eſt ipſam habere vnũ caput, ⁊ ſi dicas iſtud caput eſt xp̃s ergo nullum aliud querendum eſt, Reſpondeo qđ licet Chriſtus ſit ſpiritualiter coniũctus Eccleſię tãquã fundamentum ⁊ caput, ſed q2 non coexiſtit per corporalem p̃ſentiã, ideo decet vnũ alium loco eius poni, Qui vt vicarius xp̃i, ⁊ ſucceſſor Petri poſt ipſũ regat Eccleſiam. ⁊c.

Epilogatio ex dictis

¶ Tertio principaliter ad eandem concluſionem preſupponitur, mutatione nominis reſpectu alicuius creaturę ſemper eſſe a deo factam, ex ſpeciali quadam gratia, quã a deo aſſequitur ille cuius nomẽ mutať, Quod patet ex ſacris literis, Jacob .n. poſtea vocatus ẽ iſrael eo qđ vidit dñm. Et q prius vocabatur Abrã poſtmodũ vocatus eſt Abraam, Qñ facta fuit ſibi promiſſio de ſemine, vbi dictũ eſt ei qđ in ipſo benedicende erant omnes gẽtes, mutatum inſuper fuit nomen Sarai vxor eius, ⁊ dicta ẽ Sara, ⁊ inde cõcepit filium Jſaac in ſenectute ſua vt in eodem legitur. c. Jtẽ fundamẽtũ alicuius ędificii quodammodo capitis retinet ſimilitudinem, Quo fit vt caput aliquando dicatur fundamentũ

Ratio .3 Unũ ſupponiť p̃ fũdamẽto rationis

Gen. 32.

Gen. 17.

interdū vero e conuerſo qd' patet p illud Pauli ad Colos.i.
Coloſſ. vbi xp̄s. dr̄ caput Eccleſie fideles autē mē
bra eius. Itē qn̄ deus imutatiōnē nominū idē no=
men imponit duobus, illi duo habent vel in toto vt
in aliqua parte eandē ⁊ ſimilē gratiā, Et hoc qdez
habetur expſſe in lib. Joſue de filio naue, q vocatus
eſt Jeſus eo qꝛ ſaluauit populū Jſrael, hoſtes eius
debellando, introduxitq3 eū in terram ꝑmiſſionis,
Sic ieſus noſter introduxit oēs electos in gloꝛiam
ſempiternam, Alius vero fuit Jeſus ſacerdos ſanc=
tiſſimus filius Joſadech, de quo zacharias, oſten= Zacha.i.
det mihi dn̄s ſacerdotē magnum Jeſum, Qui ſimi
liter figurauit Jeſum xp̄m ſacerdotē eternū, qui ob
tulit ſemetipſu3 patri in ſacrificiū pꝛo nobis, Alius
inſuper fuit Jeſus filius Sirach propheta ⁊ doc=
toꝛ ſapientiſſimus, Sicut dn̄s noſter vocatus ē Je Luc.2.
ſus eo qd' fuit pꝛopheta in opere ⁊ ſermone ſaluūq3
fecit populū ſuū a peccatis eoꝛum. His igitur pꝛe
libatis ſic foꝛmatur ratio, Omnis mutatio nōis fac Ratio foꝛ
ta a deo, fit ex aliqua ſpeciali gratia conſona nomi tiſſima
ni, denuo impoſito quā a deo cōſecutus eſt vel cōſtā
ter conſequetur ille cui nomen mutatur, Sed xp̄s
mutauit nomen Simonis ⁊ vocauit eum cephas,
ergo Simon a xp̄o conſecutus eſt illam ſpetialem
gratiam, que eſt peculiaris huic nomini, maioꝛ eſt
nota ex pcedentibus dictis, Minoꝛ vero liquet in
euang. Joānis vbi legitur quod Andreas frater ſi Jo.i.
monis Petri vnus ex duob. q audierat a Joāne ⁊
ſecuti erāt eū Inuenit hic pꝛimū fratrē ſuū Simo
nē ⁊ dicit ei, Inuenimus meſſi', qd' interp̄tat̄ xp̄s
Et adduxit eū ad Jeſū, intuitus aūt eū ieſus dixit tu
es Simō filius Johana tu vocaueris cephas qd' in
terp̄tatur petrus, Itidē etiā claret in Euāg. Math.

vbi xp̃s veniēs in partes cęsarię Philippi iterroga
bat diſcipulos ſuos dicēs, quē dicunt homines eſſe
filium hoīs. At illi dixerunt Alii Joanē baptiſtā
Mat.16 Alii autē Heliam, alii vero Hieremiā aut vnū ex
prophetis. Quib. ieſus vos autē quē me eſſe dicitis
Sed tacentibus omnib. Reſpondēs Simō petrus
dixit Tu es xp̃s filius dei viui, cui xp̃s beatus es
Simō bariona q2 caro ⁊ ſanguis nō reuelauit, tibi
ſed pater meus qui ē in cęlis, quaſi velit dicere, hęc
ſiquidē cognitio, quā tu habes de me, qꝺ .ſ. ego ſim
filius naturalis dei patris, ſibi coeternus ⁊ coequa
lis in virtute ⁊ poteſtate, qui ⁊ volui naturā huma
nā aſſumere pp eius redemptionē, non fuit a car=
ne vel a ſanguine, ſed tibi a deo patre diuinitus in
ſpirata, ⁊ ideo, dico tibi q2 tu es Petrus ⁊ ſuper hāc
petram edificabo Eccleſiā meā, ⁊ portę inferi nō p̃=
ualebunt aduerſus eā. ⁊c. Et ſic patet minor ex ma
iore igitur ⁊ minore veris ſequitur ⁊ cōcluſio .ſ. qꝺ
Simō a Chriſto conſecutus eſt illam ſpetialem gra
tiam, quę eſt ſpetialis illi nomini denuo impoſito,
Corin .10. Cephas enim vt ibidē habetur idē eſt qꝺ Petrus
ſiue petra xp̃s autē pariter vocat̃ petra (teſte apo
ſtolo) petra vero ſūmit̃ pro fundamēto. At funda
mentum habet (vt dictum eſt) rationē capitis, er=
go petrus a Chriſto eſt inſtitutus primus, ⁊ caput
in Eccleſia quare. ⁊c.

4. Ratio. ¶ Quarto ⁊ adhuc fortius eandem concluſionē
probo ratione poteſtatis ſingulariter conceſſe ipſi
Petro Apoſtolo ⁊ ſucceſſoribus eius. Sed pro pul
chriori eius declaratione ſciendum eſt, qꝺ ſeptē po
teſtates fuerunt collatę a xp̃o apoſtolis ac eorū ſuc
ceſſoribus, quę in diuerſis ſcripturarum locis luci=
diſſime reperiuntur.

Prima igitur poteſtas fuit poteſtas conſecratio nis,qua quilibet ſacerdos rite ordinatus conficere poteſt corpus ⁊ ſāguinē dñi noſtri Jeſu xp̄i.Et hāc ſiquidē contulit dominus in vltima cena cum dixit hoc facite in meā cōmemorationē,de qua in ſequenti tractatu aduerſus hereticos ſeptentrionales locuturi candide ſumus.⁊c.

De.i.apoſtoloꝝ poteſtate

Luc.22.

gloriosus. Quarto per singula capita mensurā go moꝛ ex parte domini Moses colligi instituerat, Nec q plus collegit plus habuit, nec q minus minus inuenit. Sic qdē istud mirabile sacramentū neq̄quā cōtinet minorem Jesum in minori hostia quam in maiori, Nec plus in pluribus quā in vna. Quinto, illud Manna ignē optime sustinebat quoniā ligdus colligebatur simile coriandro, ⁊ prope ignem ponebatur efficiebaturq3 durū deinde tritabat̃ ex cuius farina panis cōficiebat̃, Sed si ponebatur ad solem liquefiebat ⁊ contabescebat, ita hoc benedictum sacramentum perfecte ignem sustinet deuoti, ⁊ feruentis amoris, sed sol curiositatis humane ⁊ fantastice rationis liquescere facit. Sexto p̄cepit moses vt nullus seruaret ex eo vsq3 in mane, qui autem voluerunt reseruare inuenerunt scaturire vermibus. Sic hoc sacramentum reseruatum ab his qui ad illud nolunt accedere scatet vermibus. Qm̄ tales deterioꝛātur, ⁊ indurantur. Septimo Aliqui nempe cum summa delectatione vescebantur cibo illo sapidissimo, Nonnulli vero murmurātes dicebant, aīa nostra nauseat super cibo isto leuissimo, Sic hoc sacratissimum sacramentum sumētibus diuersimode sapit, secundum diuersas dispositiones quas in eis format vel desiderium charitatis vel indeuotio malignitatis, nōnulli. n. obstinati peccatores ⁊ p̄sumptuosi corpus Christi sumentes nullum ex eo percipiunt gustum. Alij vero quam mirabiliter ob deuotionem ⁊ fidem recreantur ⁊ cōsolantur, Differunt tamen illud Manna ⁊ hoc sacramentum qm̄ illud de cęlo, hoc sup cęlū, illud cęli, hoc dn̄i cęloꝛum, illud corruptioni obnoxiū si in diē alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione, cumque. n.

4. Cōditi[o]
5. Cōditio
6. Cōditi[o]
7. Cōditi[o]
Differēti[a] inter figu[ram] ⁊ figurat[um]

hoc religioſe guſtauerit, corruptionem ſentire non poterit. Nam Judei manducauerunt Mãna in deſerto ꝛ mortui ſunt, ſed qui manducat hunc panem viuet in eternum. ꝛc.

¶ Quarta figura in lege grē fuit ſanguis fluēs de xp̄i latere. Vñ Au. ſuper illud ad ephesios, Sacramentũ hoc magnũ eſt, ego autē dico in xp̄o ꝛ in Eccleſia ait. Dormit Adam vt fiat Eua, moritur Chriſtus vt fiat Eccleſia, dormiente Adam fit Eua, de latere dormientis xp̄i percutitur latus, ꝛ profluunt ſacramenta quibus formatur Eccleſia, Ideo autem magis dicuntur fluxiſſe de latere, quaꝫ de pedibus vel manibus pp̄ conuenientiã in ſignificando, Or ſimul ꝑfluxit ſanguis ꝛ aqua, de mortuo. n. ſanguis in redēptionis p̄cium, aqua vero in lauacrũ, Que virtutem ſortiuntur ex morte Chriſti, ꝛ ſic clarent figure Ideo. ꝛc.

¶ Secunda Concluſio.

Maxima cum peccatorũ contritione ac cõſcientię examine, cordiſqꝫ deuotione debet quilibet xp̄i fidelis ad hoc mirabile accedere ſacramentũ, qm̄ letale qđlibet crimē reddit accedentē culpabiliter ĩdignũ, Jncurrit ne nouũ peccatũ mortale, Euchariſtiã indigne manducans.

¶ Hec concluſio euidētiſſime claret ex verbis apoſtoli Pauli ad Corinth. d. Itaqꝫ qcūqꝫ manducauerit panē hūc ꝛ biberit Calicē dñi indigne. i. qcūqꝫ ſanguinē ꝛ corpus dñi ſumpſerit indigne reus erit corporis ꝛ ſanguinis domini, hoc ē penas eternas inde exſoluet, Niſi penitētia digna hoc expiauerit, aliiſqꝫ bonis operibus, Jndigne dicit. i. q aliter miſterium illud celebrat vel ſũmit, quã traditus eſt a ſanctis patribus, vel q nullam differentiã cre

1. Cor. 11.

dit inter illud corpus xp̄i ⁊ reliquos cibos,vel q̄ gra uioribus criminibus cōmaculatus p̄ſumit illud ſu mere, Qui igitur taliter comedit ⁊ bibit(vt dixi‑ mus)indigne illud ſūmit,ideoq; pœnas inde exſol uet, Ap̄ls autem exponit quomodo debeamus il‑ lud p̄cipere .d. Probet autē ſeipſum homo ⁊ ſic de pane illo edat.i.de corpore dn̄i ⁊ de calice bibat.i.d̄ ſanguine eius, Probet ſe.i.diſcuciat ſe ⁊ vtrum di‑ gnus ſit nec ne ⁊ probabilem ſe reddat, ne forte vn̄ alii ſūmunt remediū accipiat ille iudiciu; ⁊ damna tionem,indigne illud p̄cipiens. Queadmodū Iu‑ das proditor, Nam cū alii Apoſtoli ſumpſiſſent il lud terribile ſacramentū ad remediū ⁊ ſalutē ſua;, ille qui indignus erat tanto miſterio accepit illud ad ſuam perpetuā damnationē. Quē diabolus ante tenebat per ſuggeſtionem ⁊ tētationem,poſtea retinuit ad poſſidēdū plenius, vt nihil aliud poſſet cogitare aut facere niſi qđ eius voluntas erat. Dicit enim Euāgeliſta, Quia poſt bucellam ſtatim introi uit in eum Sathanas.vt malum quod illo inſtigā te tractauerat,eo cōcitāte p̄ficeret, Et ita diabolus facit de aliis indigne ſacramentum hoc ſumētibus inde ſequit̄ Ap̄ls, Qui.n.mādducat ⁊ bibit īdigne, vt ſupra diximus iudiciū ſibi mādducat ⁊ bibit.i.ad damnationem ſuam illud ſūmit. Non diiudicans corpus dn̄i,hoc eſt nō diſcernē; illud a reliq̄s cibi;, Ex quibus euidenter claret qualiter hic Ap̄ls exp̄ſ ſiſſime oſtēdit venerabile xp̄i corpus eē vere ⁊ reali ter ī ſacramēto altari;, Nā ſi aliter eēt vt Zoinglius Oecolāpadius aſſerūt, p̄fecto nō diceret Pau.itaq; Quicūq; mādducauerit panē hunc,⁊ biberit calicē domini indigne, reus erit corporis ⁊ ſanguinis

Nota de indigne ſumētib. xp̄i corpus.

dominiſ ⁊ ide. Probet aũt ſeipſũ homo ⁊ ſic de pa ne illo edat ⁊ de calice bibat. Qui.n.mãducat ⁊ bibit indigne iudiciũ ſibi mãducat ⁊ bibit nõ dijudicans corpus domini ⁊c. Cũ timore igit̃ ⁊ tremore, debemus accedere ad illud mirabile ſacramentũ, vt ſciat mens reuerentiã ſe debere p̃ſtare ei ad cuius corpus ſumendum accedit: quare ⁊c.

Hic cõcluſ lit̃ ꝓpoſitũ

¶ Et ſi dicas, quibus p̃parationibus ſe homo p̃pa rare debet ad digne ſumendũ hoc ſanctiſſimũ xp̃i corpus, ⁊ ſanguinem, Reſpõdeo, qđ his p̃parationibus (myſtice tamen, ⁊ ſpũaliter intellectis) quibus ex diuino p̃cepto ſe p̃parauit populus Iſrael, ad legẽ dei ſuſcipiẽdam, vt in Exodi legitur libro. Primo exire de Egypto.i.per verã cordis contritionem exire de ſeruitute diaboli, ⁊ peccati. Secundo ire in deſertũ ſinai, hoc eſt in ſtatũ pęnitẽtię ingredi, ⁊ tentationũ. Tertio memorare beneficia dei, vt ibidẽ habetur.i.gr̃as reddere deo.i.pro creatione, redẽptione, alijsq; innumeris beneficijs. Quarto ſe ſanctificare deo, hoc ẽ ſe dedicare deo, oĩaq; ad dei laudẽ operari. Quinto lauare veſtimẽta.i.bona opera: vt.ſ.ſint in gratia, ⁊ principaliter propter vltimũ finẽ operata. Sexto ſe abſtinere per triduũ ab vxoribus, hoc eſt tam in iuuẽtute, quã ſenectute nõ minus quã in decrepitate, caſtitatẽ mẽtis ⁊ corporis ſeruare. Septimo.3.die ire ad montẽ ſinai.i. poſt cõtritionẽ, ꝯfeſſionẽ, ſatisfactionẽ, ire ad diuinarum rerum ꝯtẽplationẽ, tũ maxime ad huius diuiniſſ. ſacramẽti deuotã cõſiderationẽ, cũ magna lachrimarũ effuſiõe, ac cordiſ ⁊ corporiſ humiliatione.d. Dñe nõ ſum dignus, vt intres ſub. ⁊c. Quib. habitis, poterit q̃libet ſacramẽtaliẽ, ⁊ ſpũaliter illud mãducare corpus, ⁊ ſanguinẽ bibere: ⁊c.

Exodi.20.

Quõ ſe pre parare debet hõ vt digne ſumat xp̃i corpus.

¶ Secūdus Tractatus de Eucbariſtię Sacra-
mento pro Catbolicis in quo quatuor
eius explicantur cauſę.

¶ De cauſis efficientib. buius ſacramēti.

Uę cauſę efficientes vere ⁊ realiter cōcurrūt ad cōficiendum boc ſacramētum, prima itaqꝫ principalis cauſa fuit ⁊ eſt Jeſus xp̄s ęterni patris fi- lius verus, ⁊ ſūmus ſacerdos qui ſeipſum in ara crucis ħm aſſumptā noſtrę mortalitatis ſubſtantiā in bumanę redēptionis p̄cium imolatu rus, vt tanti numeris iugis in nobis maneret memoria. Ac pro nobis qui quotidie peccādo labimur quotidie myſtice imolaretur, corpus ſuū in cibum ⁊ ſanguinē in potū inouiſſima cena tradidit ſub eucbariſtię ſacramento, dum accepto pane gr̄as egit, fregit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicēs. Hoc eſt corpus meū quod pro vobis tradetur, ordinauitqꝫ eos ſacerdotes, tradidit quoqꝫ eis poteſtatē ſimiliter faciēdi cū ſubdit. Hoc facite in meā cōmemorationē, Et vt oſtenderet boc ſacramentum in Eccleſia vſqꝫ in finem permanſurū in paſſionis ſuę memoriā, adiunxit. Quocienſcūqꝫ panem bunc māducabitis ⁊ calicē bibetis, mortē dn̄i anūtiabitis donec veniat. ſ. ad iuditiū. Unde vſqꝫ tunc durabit Eccleſia militans, Et in ea Eucbariſtia. Quomō aūt būc panem māducare poſſent ⁊ calicē bibere niſi ipſum poſſent cōtinue ſacerdotes cōſecrare? cuius oppoſitū nōnulli Lutberanoꝝ aduerſus veritatē impie fatent̄ ⁊c.

Prima effi- ciēs cā xp̄s.

Cā inſtrumētalis ſacramēti ſacerdos.

Sacerdos vero qlibet rite ordinatus cauſa eſt inſtrumētalis huius tanti ſacramenti, effectiueq̃ cōcurrit cōſecrādo, q̄ quidē operatio cōſecrādi omnius nobiliſſima eſt in Eccleſia militāti, pp quā merito ſacerdotiū venit extollendū, cuius dignitas eximia nullis valet verbo℞ pompis explicari, quoniā ⁊ linguas vincit orato℞ diſertiſſimas, et culmē eminentię cuiuſlibet creaturę, de qua ſacerdotū admirabili dignitate aliqua inpſentiarū ſunt dicenda.

Ambroſius

Ambro.n.in ſuo paſtorali ait. Honor fratres ⁊ ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit cōparationibus adequari. Si regū fulgori cōpares ⁊ principū diademati longe erit inferius quaſi plumbi metallum, ad auri fulgorē cōpares: ⁊c. Quare reſpiciēs ego cęlum cōſidero pulchritudinē ſtella℞, qua℞ vna pulchrior eſt altera, nulla tn̄ illa℞ eſt de ſua natura lucida. At oēs recipiūt lumen a ſole, q merito maior ⁊ nobilior appellat̄. Secūdo aſpicio aerē auibus ornatū, qbus Aqla, vt nobilior ⁊ velut regina p̄ſidet. Tertio intueor aquā piſcib. plenā inter quos cetus principatum tenet. Reſpicio īſuper terrā diuerſis animalibus ornatam, inter q̄ Leo caput eſt, ⁊ rex. Proinde eādem conſpicio terram, varijs herbis ⁊ arboribus conſitam quarum vna maiorē altera virtutem habet. Item in viſceribus terrę conſidero diuerſa metallorum genera, vtpote Aurum, Argentum, Plumbum, Stannū, inter q̄ nobilius eſt Aurum, Rurſus animaduerto erga omniū pulchritudinem angelorum quorum Seraphin excellentiores apparent. Deniq̃ conſidero omnes mundi ſtatus, ac hominum dignitates, puta, Imperatores, Reges, Duces, Principes, ⁊ Cardinales. At ſacerdotes ſcripturarum teſtimonijs. hos cūctos eximia

Optimus autho. diſcurſus pro ſacerdotum dignitate.

dignitate pcellere video. Nam cum due sint dignitates. s. sacerdotalis dignitas & imperialis. Illa. n. sacerdotalis excedit imperialē sicut anima corpus. sunt. n. duo luminaria magna sed vnū est luminare maius quod pest diei. i. bonis spūalibus. Aliud vero luminare minus, quod pest nocti. i. tēporalibus bonis. Et licet cunctos natura homines equales, & nulla graduū alteritate dispares produxerit, dispo nendarū tamen rerū susceptū ministeriū hos & illos ceteris ptulit, & prefecit, quo fit, vt tanto clericalis eminētia terrenos superet principatus quāto animabus corpora, perpetuis transitoria, terrena celestibus superātur, Sed qd opus est terrenis cōparationibus immorari? cum ad sacerdotij authoritatē angeli celorum ciues non audeant aspirare, cui nāqꝫ angelorum aliquādo dixit deus. Tibi dabo claues regni celorum. Ad illos aūt. Accipite spiritū sanctū. Quorum remiseritis peccata: &c. Et quod longe maius est. Hoc facite in meā cōmemorationē. Mirantur deniqꝫ, assistunt & terrētur. Nam virtus, & potentia sacerdotalis superat potentiā nature, angelorum & demonū. Natura. n. sua virtute vnā naturaꝫ mutat in alteraꝫ, sacerdos aūt virtute verborū trāsmutat panē in corpus Christi. Natura etiam successiue transmutat, sacerdos vero in instanti. Secundo virtus sacerdotalis excedit angelorū potentiaꝫ, quia licet angeli moueant orbes & semper assistant coram domino, sacerdos tamen virtute verborum mouet Christū de celo cū multitudine angelorum. Tertio excedit potentiam demonum, de qua Job, nō est potestas super terram que comparetur ei scilicet diabolo. Joānes quoqꝫ, Ve terre & mari, qr descendet diabolus ad vos habens irā magnaꝫ,

Author hic ex scripturis ostēdit sacerdotiuꝫ excellētiam sup alios.

Apoc. 12.

maioꝛ eſt tamen ſacerdotis poteſtas, demon.n.ſua iniqtate pparat mala, ⁊ vitia in mūdo. At ſacerdos virtute clauiū remittit peccata, Demon tādem clau dit celū peccatoꝛib. Sacerdos vero ſacramēta Eccleſię miniſtrādo aperit illud, qm ei datę ſunt claues regni celoꝝ. Pꝛęterea vt etiā ait Grego.4. Dialogoꝝ Regina mūdi domina, licet in gratię plenitudine creaturas ſupergrediať vniuerſas, hierarchis tñ cedit Eccleſię in cōmiſſi miſterij executione. Illa nēpe pꝛolatis.8. verbulis cōcepit dei filiū ⁊ mundi redēptoꝛem, moꝛtalē tamen atqꝫ paſſibilē mundo ędidit ſaluatoꝛē. At ſacerdotes cōſecratione diuina eūdem cęli terręqꝫ pꝛincipē in ſacramēto veriſſime ꝯtentū, impaſſibilem gloꝛioſumqꝫ cōtractant, victorem moꝛtis ⁊ baratri deſtructoꝛem: ⁊c.

De cōſecra. diſt.2.

¶ Attendite ergo O ſacerdotes veri Solomonis pincerne Ieſu xpi camerarij atqꝫ diſpenſatoꝛes miniſterioꝝ dei. Attendite in quo gradu ⁊ dignitate eſtis cōſtituti, exclamat.n. diuus Grego. de hac veſtra inſignitate generoſa. O inquit veneranda ſacerdotum dignitas, in quoꝝ manib. velut in vtero virginis filius dei incarnať, O ſacrū ⁊ cęleſte miſteriū, quod per vos pater ⁊ filius ⁊ ſpūs ſanctus operať, vno eodēqꝫ momēto idem deus qui pſidet in cęlis, in manibus eſt in altari ſacramēto. Sup hoc qdeꝫ tam inſigni pꝛiuilegio ſtupet cęlum, miratur terra veretur homo, hoꝛret infernus, cōtremiſcit diaboʒlus, veneratur quamplurimū āgelica celſitudo, Et melliflu⁹ Bernardus. O venerabilis ſanctitudo manuū, O felix exercitiū, O vere mundi gaudiū, cum xps tractat xpm, ſacerdos dei filius, cui ſunt delitię eſſe cuꝫ filijs hominū, quis vnquā vidit talia? quis huic vidit ſimilia? ⁊c. Hāc inſup ſtupendā ſacerdo

Grego.

Erigite aures hic ſacerdotes.

Bernar.

tū dignitatē, ſcriptura nō valens vnius nominis ſi gnificatione exprimere: Hos nunc reges, nunc angelos, nūc deos, crebrius appellauit, Reges quidē vt Joan. in Apo. Fecit nos regnū & ſacerdotes deo patri ſuo, Petrus quoq;, Uos eſtis genus lectū re gale ſacerdotiū, gens ſancta, populus acqſitionis, q̄ quidē verba licet de omnibus chriſtianis ſint dicta (vt alibi oſtenſum eſt) principalius tamen ad ſacerdotes re ferūtur. Angelos vero nominat Malachias. d. Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā, & ſequitur, qꝛ angelus dñi exercituū eſt. Deos aūt Exodus appellat. d. Ad deos vtriuſq; cauſa perueniet. f. ad ſacerdotes. Nominātur & alijs nominibus. Nā dicūtur clerici, appellantur ſacerdotes, vocantur & p̄ſbyteri. Clerici nāq; a ſorte dicūtur. Nam cleros grece, ſors latine ſonat. Unde primū ab Apoſtolis cōſecratū legimus ſorte electū. Jdeoq; omnes clerici dicūtur. Hic. n. fuit beatus Matthias Apl'us qui ſorte electus eſt cū. xj. Apl'is. Et dederūt ſortes, & cecidit ſors ſup Matth. dicti ergo ſunt clerici. i. de ſorte dñi, Jtē nominātur p̄ſbyteri, q̄ſi ſeniores, p̄ſbyter nempe grece, latine ſenior interp̄tatur. Dicūtur autē ſeniores, nō annoꝝ etate ſed moꝝ qualitate ſicut ſcriptū eſt. Senectus venerabilis ē, nō diuturna, nec annoꝝ numero cōputata. Cani. n. ſunt ſenſus hominū, & etas ſenectutis vita imaculata, Et iterū, corona dignitatis ſenectus, q̄ in vijs iuſtitię repieč. Jn ſenibus ſiqdem maior eſt animi trāqlitas maior moꝝ honeſtas, maior animi religioſitas, maior corporis caſtitas. Uñ beatus Hiero. de clericis ait, clamat veſtis clericalis animę honeſtatē, clamat ſtatus puritatē, clamat cultus caſtitatē, clamat pfeſſio religionē, clamat officiū deuotionē, clamat

Apoc. i.
1. Petri. 2.
Malachi. 2
Exodi. 22.
Actuū. i.
2. Sacerdotū apellati.
Sapien. 4.
Prouer. 16

3. Preſbyterorum appellatio. ſtudiū cōtēplatione, debent igitur pſbyteri morū prudētia et conuerſationis maturitate pcellere in populo. Appellātur inſuper et ſacerdotes. i. ſacra miniſtrātes ſeu dantes. Solis. n. ſacerdotib. ratione officij ineſt ſacrorū ſacramētorū miniſtrādi poteſtas

Unū dicunt ſacerdotes. vel ſacerdotes quaſi ſacra dicētes, qꝛ verbū dei predicare habent: horas dicere, miſſas celebrare, vel ſacerdotes quaſi ſacra conficientes, conficiunt nāqꝫ ſacratiſſimū xpi corpus etc.

¶ Differentia inter Sacerdotes Antique et Noue Legis.

Ex pmiſſis igit multe elici poſſunt dignitates et peminētie euangelici ſacerdotis ſup ſacerdotē Moſayce legis, qm̄ excellit in benignitate electiōis, ſolēnitate cōſecrationis, nobilitate ordinis, pcioſitate operis, ſingularitate nutritionis, poteſtate regiminis. Differētie itaqꝫ ſacerdotū antiqꝫ et noue legis poſſunt his q̄ ſequūtur pulcherrime haberi.

Exodi. 28. Prima differētia. Iacobi. 2. ¶ Olim nēpe de vna tribu tm̄. ſ. leuitica cōſecrabātur ſacerdotes. Modo ſub lege xpi ex omni natiōe q̄ ſub celo eſt ad ſacerdotiū aſſumūtur, dicēte Iacobo. Nolite in perſonarū acceptione habere fidē domini noſtri Jeſu Chriſti.

Leuit. 8. Secūda differentia. ¶ Tūc fundebat oleū ſup eorū capita, ſanctificabātur manus, dextera quoqꝫ auricule policis et pedis hoſtiarū ſanguine liniebātur. Hodie in ſacerdotis euāgelici conſecratione non materiale oleū fundit ſup capita ordinādorū. Nec manus arietis ſanguine inungunt, qm̄ nō his peccata tollūtur, ſed deſuper dato leticie oleo gr̄a ſancti ſpūs in remiſſionem peccatorū perfundūtur, quo poteſtas traditur, per quam aliorum etiam crimina expiantur.

Leuit. 13. ¶ Tunc habebāt ſacerdotes poteſtatē diſcernēdi

inter lepꝛā ⁊ nō lepꝛā coꝛpoꝛalē, ac per hoc iudicare huc mundū, iſtū inmundū, habilē vel dignū ad tēpli materialis ingreſſum. Nūc vero poteſtatē accipiunt iudicandi inter moꝛbos ⁊ langoꝛes animę, egrotantes ſoluere ⁊ ligare, aperire ⁊ claudere ianuam cęleſtis paradiſi. Tertia differentia. Matth.18.

¶ Tunc tribub. ⁊ populis mandata dei referabāt, q ⁊ legē ex oꝛe ipſoꝝ regrere iuſſi ſunt, pꝛo peccatis quoq; populoꝝ īter veſtibulū ⁊ altare ploꝛātes deū ꝑcabantur. Nūc aūt facti iudices peccata remittūt, leges ſtatuūt, ⁊ animas pꝛopꝛias tradere pꝛo ſalute ſubditoꝝ ſummi paſtoꝛis exemplo edocent. Quarta differentia. Malach.2. Iobelis.2. Io.10.20.

¶ Tūc aliti ſunt filij Leui cum cęteris in deſerto māna cęleſti, vermibus in diē craſtinū reſeruato ſcatenti, quē patres māducātes moꝛtui ſunt. Nūc vero ſup ſubſtantiali pane, cibo angeloꝝ, veri paſchalis agni carne ⁊ ſanguine eſuriētes ſaturātur, qui panis eſt in ęternum manens, manducanti vitam tribuens ſempiternam. Exodi.16. Quinta differentia. Ioan.6.

¶ Tunc ſacerdotis officiū fuit circa oblationē pecoꝝ aīaliū irrationaliū, ⁊ aſpſionem ſanguinis tauroꝝ, vituloꝝ, ⁊ hircoꝝ, vt habet Leuitici per totuꝫ. Nūc vero ſummo ſacerdote xp̄o Ieſu aſſiſtente futuroꝝ bonoꝝ Pōtifice per amplius tabernaculuꝫ, nō manu factum, nec huiuſ creationiſ, neq; per ſanguinem hircoꝛum aut vituloꝛum, ſed per pꝛopꝛiuꝫ ſanguinem, ſemel in ſancta introeunte ęternam redemptionem inuenit. Atq; nouum ſacrificium panis ⁊ vini eiuſdem ſanguinis ſui ⁊ coꝛpoꝛis, ſecundum oꝛdinem Melchiſedech inſtituente. Omnia illius veteriſ teſtamenti ſacrificia abſtulit. ſacerdoteſ quoq; euangelicos pꝛo eodem ſacrificio quottidie offerendo inſtituit. Sexta differentia. Hebꝛeo.9.

7. differẽtia ¶ Tunc deniqꝫ ex operibus bonis promittebãtur ſolum tẽporalia bona illisqꝫ ſacerdotes tantũ lim bum aperiebant, Nunc vero Euangelici ſacerdotes claudunt infernum, ac bona ſpiritualia in cęlis ha= benda ĩ perpetuũ feliciter promittũt, Ecce quot mi rabiles ſacerdotũ dignitates, Quę tum ſcriptura rum diuinarum teſtimoniis, tum ſanctorum patrũ authoritatibus mirabiliter clareſcunt, contra quas Zwinglius ⁊ Oecolãpadius audent ore poluto. Ita nequiter loqui, Sed quorſum hęc tendunt? niſi vt ſacerdotes noſtri tanta ſua dignitate, virtute ⁊ po= teſtate deſuper nullo humano p̃uio merito cõceſſa, ſed tanti ſtatus ex cellentię dignificent, vita ⁊ mori= bus conformẽt Pudeatqꝫ ſpurciſſimis lenociniis

Audiãt hęc ſacerdotes delectari, carnis ⁊ mundi illecebris pollui, Quia ad tremende maieſtatis ſacrificiũ ⁊ mundiſſimum aĩe cibũ p̃parandũ, conſecrãdũ, offerendum, ſũmendũ, ac diſpenſandũ ſunt aſſumpti. ⁊c.

¶ An ſacerdos Malus cõſacret

Licet mortaliter peccet ſacerdos quilibet indigne accedens ad hoc ſacrificiũ, malitia tamen ſacer dotis non maculat hoc diuinum ſacramentum alta ris, Ideo omnis ſacerdos tam bonus quã malus ri te ordinatus hꝫ authoritatẽ conſecrandi, quod ſic oſtenditur. Nam illud ſacramentum non conficit, Nec panis aut vinum conſecratur merito ſacerdo= tis, quia tunc certe malus nõ conſecraret, ſed virtu te verborum, ⁊ merito paſſionis Chriſti ac virtute ſpiritusſancti, ſuiqꝫ ordinis qm̃ ſi merito ſacerdotis fieret conſecratio tunc non eſſent ſacramenta Chri ſti ſed ſacerdotis, ⁊ ſic fruſtra Chriſtus eſſet mor= tuus ex cuius latere fluxerũt ſacramenta. Item con ſecratio iam non ex gratia, ſi ex merito ſacerdotis,

contra

cōtra illud Pauli ad Ro. Quare iā gloria eſſet ſa-
cerdotis ⁊ nō xpi. Nō eſſentq; a xpo pmiſſa. Sa
cerdotes igit̃ tantū inſtrumētaliter operātur virtu
te verboꝝ in materia debita, ideo eoꝝ peccata non
impediunt ſacramentū, licet alias orationes impedi
re poſſint. At vobis ſecularib. dico, q ſine peccato ē
veſtrū, primus i ſacerdotē lapidē mittat. Sacerdo
tes tñ mali aſſimilant̃ interdū aquis, quibus lauā-
tur capita, q̄ purgant ⁊ mundificāt alios, ipſe vero
putride remanent, ſic illi alios mūdificant ipſi ve-
ro putreſcūt ⁊ hęc de cauſis efficiētib. huius ſacra-
menti ſatis ſint dicta: quare ⁊c.

Author ad ſeculares.

¶ De materia huius Sacramenti.

Materia ex qua cōficitūr hoc ſacramētū eſt pa-
nis ⁊ vinū, ſed an modo panis ille debeat eſſe
azimus vel fermētatus, altercatio non modica eſt,
⁊ olim fuit inter grecos ⁊ latinos. In hoc quidē cō
cordāt qđ in vltima cena inſtitutū eſt hoc diuiniſſi
mū ſacramentū, ſed qua die menſis cena celebrata
ſit diſcordia fuit. Vñ dixerūt gręci cenā fuiſſe factā
terciadecima luna primi mēſis. ſ. Marcij, Et ꝯſequē
ter dicunt Chriſtuz confeciſſe in fermētato, ꝑꝑ qđ
⁊ ipſi in fermētato celebrāt hoc ſacrificiū, ⁊ nos la-
tinos qꝛ in azimis celebramus negant vere cōfice
re. Cōtra quos Anſelmus ſcripſit elegātē Epl'az, ſi
ue libellum de fermēto ⁊ azima intitulatū. Primo
ergo videndę ſunt rationes grecoꝝ ac eorum error.
Secūdo declarāda erit veritas. Tertio rationes in
cōtrariū diſſoluēdę. Quantū igit̃ ad primū arguūt
gręci probare nitētes dominā cenā nouiſſimā cuz
diſcipulis tredecima die menſis primi. ſ. Martij fe-
ciſſe. Nā xps cenā celebrauit die īmediate p̄cedēte
diē paſſiōis ſuę, ſed hęc fuit tredecima, igit̃ tali die

Gręcorum opinio.

De hac mā Gabriel di[f] fuſius loq[ui] in canone.

menſis celebrata fuit cena, cõſequẽtia ẽ nota, ⁊ ma
ior patet ex decurſu omniũ euãgeliſtaꝝ, qm̃ in ipſa
nocte cena facta, inſtructiſq; diſcipulis, ſurgens a
cena ⁊ introiens hortũ in latere mõtis oliuarũ cap-
Joan. 18. tus eſt ⁊ mane crucifixus. Uñ ait Joã. Hec cũ di
xiſſet Jeſus egreſſus eſt cũ diſcipulis ſuis trãs tor-
rentẽ cedron vbi erat hortus in quez introiuit ipſe
⁊ diſcipuli eius, Et cõſequẽter deſcribit captionem
Rõ qd̃ ce- eius Lucas quoq; inquit, dñs in cena dixit Petro.
na fuit facta Dico tibi Petre, nõ cãtabit hodie gallus, donec ter
imediate añ abneges noſce me. Hodie.n.icludit noctẽ ⁊ ſequẽs
paſſionem. mane, ⁊ ſeqtur ibidẽ. Adhuc qd̃ ſcriptũ eſt oportet
impleri, ⁊ cũ iniqs deputatus eſt. Marcus etiaz ⁊
Mattheus dicũt dominũ in cena dixiſſe diſcipulis.
Oẽs vos ſcãdalũ patiemini in me ĩ iſta nocte. Pau
1. Cor. 11. lus vero ad Cor. Apertiſſime ait. Dñs Jeſus ĩ qua
nocte tradebatᷣ accepit panẽ ⁊c. Ex qbus manife-
ſte claret cenã in qua xp̃s inſtituit hoc ſacramẽtum
ea nocte fuiſſe celebratã, qua dñs traditus eſt ⁊ ma
Prima grę ne crucifixus. Minorẽ vero .ſ. qd̃ dies illa fuit. 13.
coꝝ ratio. mẽſis primi ſic probare nituntur, Cena p̃ceſſit diẽ
imolationis veri agni paſchalis. Hoc eſt paſſionez
1. Cor. 5. xp̃i in cruce qua ſe patri obtulit vt dicit Apl's. Pa-
ſcha nr̃uz imolatuz eſt xp̃s q̃ qdẽ imolatio fuit. 14.
luna ⁊ ex cõſequẽti cena facta eſt. 13. luna, qd̃ autẽ
xp̃s paſſus eſt. 14. luna ſic ꝓbãt, Ueritas debet cor
reſpõdere vmbrę ⁊ figura rei. Agnus aũt paſchalis
fuit vmbra ⁊ figura veri paſchalis agni, ⁊ imolatio
imolationi. Igitᷣ ea die xp̃s verus agnus dei imola
ri debuit in cruce quo agnus tipicus ĩ lege. Agnus
aũt tipicus imolari p̃ceptus eſt luna. 14. vt habetᷣ
Exodi. 12. vbi de agno paſchali dr̃ ſuabitis eũ vſq;
14. diẽ mẽſis huius imolabitq; eũ vniuerſa multi-

tudo filiorum Iſrael ad veſperam ⁊c.
¶ Preterea Ioã. dicit. Ante dié feſtũ paſcbe ſciés Ieſus q: venit bora eius,⁊ paulo poſt,cena facta cũ diſcipulis cũ diabolus iã miſiſſet in cor ⁊c. Ex quibus verbis videt̃ cenã factã fuiſſe ante dié paſcbe, ſed dies paſcbe fuit.14.luna vt Leuit.legit̃.14.die mẽſis ad veſperã celebrabitis paſcba. Igit̃ cena q̃ p̃ceſſit dié paſcbe facta fuit.13.luna.Ité ille idé ait q᷑ iudei nõ introierũt domũ Pilati vt nõ cõtaminarẽtur,ſed mãducarent paſcba.ex quo ſeqtur q᷑ xp̃s illa die paſſus é,quo iudei mãducarũt paſcba. Hoc aũt factũ eſt.ſ.paſcbe mãducatio.14.luna,ergo cena p̃cedés paſſionis dié facta é luna.13.cui fauet illud Mattb.ſ.q̧ principes iudeoꝝ dixerũt.Nõ in die feſto,ne forte tumultus fieret in populo. Iõ nõ crucifixerũt xp̃m prima die azimoꝝ.i.luna.15.q̃ fuit celeberrima nec poſt,ergo ante.ſ.14.luna.
¶ Proinde ꝺ ſanctis mulierib.legit̃ qꝺ viſo monumẽto in quo poſitũ fuit corpus dñicũ reuertẽtes parauerũt aromata ⁊ vnguẽta.Hęc autẽ p̃paratio fuit die in quo licuit opari ẜm legẽ. Alit̃.n.mulieres ſanctę feciſſent ꝯ legis p̃ceptũ p̃parãdo vnguenta, ⁊ emẽdo aromata,⁊ ita nõ erat dies .15. luna,q̃ fuit ſolẽnis,⁊ p̄ma dies azimoꝝ ſicut i lege ſcribit̃. Septẽ dieb.azima comedetis,⁊ ſeqtur.Dies p̄ma erit ſancta,atq; ſolẽnis,⁊ dies.7.eadẽ feſtiuitate venerabilis,Nibil opis facietis in eis, exceptis bis q̃ ad veſcẽdũ ptinẽt,Dies ḡ paſſiõis xp̃i quo ⁊ ſepultus ẽ,fuit.14.luna q̧ p̃ceſſit cena igit̃ fuit cena.13. luna:cũ diſcipulis celebrata, ⁊ p ꝯñs xp̃s cõfecit in fermẽtato.His rõib.gręci moti dicũt i ſolo fermẽtato poſſe cõfici eucbariſtiã,⁊ in tantã iſup inſaniã pruperũt,qꝺ euãge.ſ.Mat.Mar.⁊ Luc.q: ponũt

2.Gręcorũ ratio.
Ioan.13.
Leuitci.23.
Cõfirmat̃ ratio.
Ioan.18.
Mattb.26.
3.Gręcorũ ratio.
Luc.23.
Exod. 12.

ẜriū,vt patebit,auſi ſunt dicere,eos falſu ſcripſiſſe ⁊ qđ Ioā.eos correrit,⁊ ita liqt eoꝝ error.

Latinorum opinio ṽa. ℂ Quātum aūt ad ſecūdu eſt veritas oſtendēda: vnde ſine omni dubitatione credendū eſt xp̄m man ducaſſe agnū paſchalē.14.luna ſm legis diſpoſitio nē,quā nō venit ſoluere ſed adimplere,⁊ qm̄ in ea dē cena poſt agnū tipicū eucbariſtiā cōfecit,in qua ſeipſu agnū verum diſcipulis ſuis dedit ſub ſpecie

Exodi.12. panis. Nec erat tūc panis fermētatus in iudeoꝝ do mibus. Dedit ergo ſeipſu ſuis diſcipulis ſub ſpe cie panis azimi mādu candū. Nā Exodi dr̄. Edent carnes aſſas igne nocte illa,⁊ azimos panes, ⁊ ſeq tur. Habebitis aūt būc diē in monumētū, ⁊ cele brabitis eū ſolēnem dn̄o in gn̄ationib.vr̄is cultu ſempiterno,ſeptē diebus azima comedetis, ī primo di nō erit fermentū in domib.veſtris. Quicūq co mederit fermētum peribit anima illius de Iſrael a prima die vſq ad ſeptimū diem. Prima autē dies incepit a veſpera lunę .14. vnde ſequitur ibidem. Primo mēſe.14.die mēſis ad veſperam comedetis azimā vſq ad diem vigeſimā primā mēſis eiuſdem ad veſperā, ſeptem diebus fermentatū nō inuenie tur in domib.veſtris,Ex quibus manifeſte patet,ꝙ ad veſpera diei.14.primi mēſis quo comedebatur agnus paſchalis vſq ad vigeſimū ꝑmū diē eiuſdē, nō fuit fermentū in edibus,xp̄s igit̄ eade die poſt agnū legalē eucbariſtiā cōficiens nō in pane fermē tato ſed in azimo cōfecit. Quod autē xp̄s.14.luna

Matth.26. agnū paſcha comedit,patet qr Mattb.dicit. Pri ma aūt die azimoꝝ acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicētes. Ubi vis paremus tibi comedere paſcha? ⁊ ſequit̄ ⁊ parauerunt paſcha,veſpere aūt facto diſcū bebat cū duodecim diſcipulis ⁊c. Itē Marcus boc

idem atteſtatur dicens. Primo die azimoꝝ quã paſcha immolabant dicunt ei diſcipuli, quo vis eam us vt cõ paremus tibi vt mãduces paſcha? ⁊ ſequitur, ⁊ parauerunt paſcha, veſpere aũt facto venit cũ duodecim. cui etiã arridet illud qđ ait Lucas. Uenit aũt dies azimoꝝ i qua neceſſe erat occidi paſcha, ⁊ miſit Petrum ⁊ Joãnem ⁊ parauerunt paſcha, Et cum facta eſſet hora diſcubuit, ⁊. 12. Apli cũ eo, Fecit ergo dominus paſcha. 14. luna mẽſis primi vt patet ex pdi dictis, Ex quo ſeqtur qđ nõ i fermẽto ſed in azimo cõfecit, Deniqꝫ ritus cõſecrandi in azimis Eccleſię Romanę habet ex inſtitutione Aploꝝ, cũ quibus dñs cenauit, quibus pñtibus eucbariſtiã confecit, eis dedit, eoſqꝫ in diſpenſatores eucbariſtię cõſecrauit qđ eſt maximũ argumtũ ad propoſitũ ꝯfirmãdum, Et ſi dicas alias Eccleſia ꝯfecit in fermẽtato, Reſpõdetur qꝛ ſicut dicit Leo Papa quando error vigebat Ebionitaꝝ de legali obſeruãtia, qui dixerũt neceſſariũ eſſe chriſtianos iudaizare, ⁊ per cõſequẽs paſcha ſuũ in azimo cõficere, decreuerũt patres in cõcilio Eccleſiã nõ cõficere in azimo, ſed fermẽtato quouſqꝫ error ille ceſſaret, vnde Eccleſia primo conficiebat in azimo. Secũdo in fermẽtato. Tertio ceſſante hac cauſa, redit Eccleſia Romana ad ritum primũ, ⁊ confecit ex azimo, Gręci vero tãquã ſupbi noluerunt ad ritum primum redire, ex quo coacti ſunt ſuum errorem defendere, ⁊ ſic auſi ſunt dicere Chriſtum confeciſſe in fermentato ⁊c.

Marcę.14.

Luc.22.

Hic cõcludit xpm cõfeciſſe i azimo.

Obijcitur.

¶ Quantũ vero ad tertiũ ſoluende ſunt gręcoꝝ rationes ⁊ ad primã qua arguũt qđ dñs. 13. luna cũ diſcipulis cenauit dicentes. Cena facta eſt die immediate pcedente diem paſſionis cõceditur, ſed negatur qđ illa fuerit. 13. luna, ſed vt oſtẽſum eſt facta

fuit.14.luna.Ad probationē vero negatur qͦ dñs
paſſus fuit.14.luna,immo.15. luna, ⁊ ad probatio
nē dicitur qͦ ꝓptime veritas correſpōdet figure,
naꝫ circa agnū tipicū duo fiebāt.ſ.imolatio ⁊ come
ſtio.Quantū.n.ad comeſtionē vmbra reſpōdet ve
ritati ⁊ figura rei,qꝛ.14.luna.ſ.in cena cōmedebat
agnꝰ tipicus quo tēpore diſcipuli cōmederūt agnū
verū,Nā facta cena de agno paſchali dedit dñs diſci
pulis agnū verū.ſ.corpus ſuū.Similit̄ īmolatio re
ſpōdet īmolatiōi.Jmolatio.n.figuralis agni facta
Luc.22. eſt luna.14.⁊ īmolatio veri agni parit̄ luna.14.in
cboata eſt qꝛ poſt cenā nocte Jouis.ſ.14. luna ince
Mar.14. pit paſſio xp̄i,qñ factus ē ſudor eius ſicut gutte ſan
guinis decurrētis ī terrā,Jtē nocte illa fuit captus,
ligatus, conſputus, collaphis ⁊ alapis ceſus. ſic ergo
nocte illa incboata fuit īmolatio xp̄i,die vero ſequēti
ꝯſumata,⁊ ſic ꝓptime figure v̄itas correſpōdebat.
paſcha mul ¶ Ad ſm̄ reſpōdet̄ ꝑ diſtinctionē huius nominis
tipliciter ſu paſcha ex cuius nōis equocatiōe greci decepti ſunt
mit̄ in ſcri qm̄ hoc nomē paſcha ī diuinis ſcripturis multipli
pturis. citer ſumit̄.p̄mo.n.ꝓ hora īmolationis agni tipici
Luc.22. vñ Luc.Appropinquabat dies feſtus iudeoꝝ, q dr̄
paſcha,⁊ ſic ſolus dies in quo agnus occidebat̄ ad
veſperā.ſ.14.luna p̄mi mēſis paſcha dicebat̄. 2.in
ſcripturis accipit̄ paſcha ꝓ agno paſchali tipico de
quo idē Luc.vbi ſupra ait. Uenit aūt dies azimoꝝ
in qua neceſſe erat occidi paſcha .3. accipit̄ ꝓ vero
.Cor.5. agno paſchali q eſt xp̄s dñs.vñ Pau.inqt. Etenim
paſcha noſtrū imolatus eſt xp̄s.4.ſumit̄ ꝓ die feſto
azimoꝝ q fuit.15.poſt eqnoctiū vernale, vt Joānes
atteſtat̄ dicēs.Ante diē feſtū paſche ſciēs Jeſus ⁊c.
Joan.13. 5.Accipit̄ paſcha in ſcripturis ꝓ cibis paſchalibus
panib.ſ.azimis qbus veſcebantur tēpore paſchali,

de quo dñs. Primo mẽse.14.die mẽsis ad veſperã cõmedetis azima vſq; ad vigeſimã ſecũdã eiuſdem mẽsis ad veſperã,⁊ ita accipit Joãnes cũ ait.Nõ intro ierũt ꝑtoriũ,ne cõtaminarẽtur, ſed mãducarent paſcha. Per huiuſmodi aũt acceptiones huius nominis paſcha ꝺ facili reſpõdet̃ ad grecoꝝ rationes. Nã Joã.cũ dixit. Ante diẽ feſtũ paſche. Accepit paſcha ꝓ prima die azimoꝝ q̃ fuit.15.luna mẽsis primi,⁊ hoc inuit̃ cũ dicit: Ante dies feſtũ. Differt.n. dicere diẽ paſchę,⁊ diẽ feſtũ paſche nec ſunt idẽ,vt patet ex lege. Dies.n.paſche eſt dies.14.luna,dies feſtus paſche.15.luna vt liq̃t ꝑ illud Leuitici mẽſe 10. 14.die ad veſperũ phaſe domini eſt.i. paſcha ⁊ decimaquinta die menſis huius ſolẽnitas azimorũ domini eſt,⁊ ita ante diẽ ſolẽnẽ paſche,q̃ fuit luna decimaquinta facta fuit cena domini, ideſt.14.luna ad veſperã,⁊ ſic nõ pro grecis, magis autẽ cõtra eos ratio militat,cum.n.Joãnes dixit.vt manducarent paſcha nõ introierũt in ꝑtoriũ,ibi accipitur paſcha pro azimis panibus quos comedebant ſeptem diebus. Et per hoc ad illud quod additur, non in die feſto ⁊c.Dicit̃ qꝺ cã huius dicti ⁊ diſpoſitionis iudeoꝝ addit̃,Ne forte tumultus fieret in populo,nõ.n.ꝓpter feſti reuerentiã diſpoſuerant crucifixionẽ differre,ſed ne tumultus fieret in populo,q maxima copia ad feſtũ illud ꝯfluxerat,⁊ ita ne de manibus eoꝝ raperetur. Ideo inuenta oportunitate ⁊ ſemota cauſa tumultus populi,Judaq; ſe offerẽte ad tradendũ illũ ſine tumultu cõtrarius fecerũt,mutãtes propoſitũ ⁊ hoc diuina diſpoſitione,vt veritas correſpõderet figurę,qꝫ.15.luna eduxerat populũ hebreoꝝ de Egypto,⁊ eodẽ die mors xp̃i eduxit populũ ſuũ de tenebris peccati ⁊c.

Exodi.12.

Joan.18.

¶ Ad tertiã ꝛ vltimã de ſanctis mulieribus vngue
ta poſt dñi ſepulturã ꝑparãtibus dicif, qd ſancte
mulieres ab hora qua viderãt Chriſtũ poſitũ ĩ mo
Luc. 23. numentũ, vt Lucas teſtaf euãgeliſta vſqʒ ad veſpe
ras eiuſdẽ diei ꝑparauerunt vnguẽta q̃ habebant,
ꝛ ſi dicas Marcus oppoſitũ aſſerit dicens. Cũ trã
Marci. 16. ſiſſet Sabbatũ Maria magdale. ꝛ Maria Jacobi ꝛ
Salome emerunt Aromata vt venientes vngerent
Jeſum. Igitur die veneris Dñice paſſionis nõ pa
rauerunt aromata, qꝛ nondum fuerant empta. Ad
hoc dici põt qd mulieres emerunt. i. empta parauc
runt, vel aliter dr qd ille mulieres cognoſcẽtes xpi
mortem futurã, ante mortẽ eius emerunt ꝛ parauc
runt neceſſaria ad cõdendũ corpus eius, ꝛ ideo re
uertentes a monumẽto ꝛ ſepultura parauerũt aro
Euãgeliſta mata, ſed trãſacto ſabbato, vt ait Marcus. ſ. ma
rũ cõcordia ne ſequẽtis diei q̃ fuit prima ſabbati. i. prima dies
poſt ſabbatũ, tunc quidẽ emerunt alia aromata q̃
defuerunt. Itaqʒ ſequitur Marcus, Et valde mane
vna ſabbatoꝝ. i. Dñica dies veniunt ad monumẽ
tum orto iã ſole, ꝛ ſic adinuicẽ cõcordãtur euãgeli
ſte. Ex quibus oĩbus claret Chriſtũ in vltima cena
cõfeciſſe in pane azimo.

¶ Alia etiã materia cõſecrationis ſanguinis eſt vi
num de vua vitis expꝛeſſum, Ratio aũt principalis ẽ
inſtitutio xpi qui in vino vitis hoc ſacramentũ in
Luc. 22. ſtituit. Unde Lucas Accepto calice dixit Chriſtus
Dico vobis nõ bibã de generatione vitis donec re
Marci. 14. gnum dei veniat, ꝛ in euãge. Marci iam nõ bibam
d hoc genimine vitis vſqʒ ĩ diẽ illũ cũ illud bibã no
Hic conclu uũ ĩ regno pris mei, Materia igif cõſecrationis cor
dif ꝑpoſitũ poris ꝛ ſanguinis dñi ẽ panis azimus ꝛ vinũ purũ
de vua vitis expꝛeſſũ, vt ſcripturis manifeſte ꝯſtat.

¶ Et ſi q̃ras cur in calice aqua miſceatur reſpōdē-
dum eſt, qꝺ̄ illa p̄maxime cauſa eſt q꜡ ꝺe latere xp̄i
vbi cōpletur paſſio, ſanguis pariter ⁊ aqua mana-
uit, qꝺ̄ certe Apoſtoli miſteriū plene itelligētes ſiē Cur in cal
dum in calice ſtatuerūt, vt nihil deeſſet nobis de ſa- ceponitur
cramento ad cōmemoratione paſſionis, q̄ tunc ex- aqua.
titit in cruce in cōſumatione noſtrę redēptiōis, Et
hoc q̄dē quo ad paſſiōis ſufficientē expꝛ̄ſſionē ⁊c.

¶ De forma Sacramenti altaris.

Duplex eſt cōſecrationis forma, vna interior, q̄
eſt intentio ſacerdotis. Nā ſi ſacerdos nō ha-
beret intentionē cōſecrandi etiā proferens verba cō-
ſecrationis nō cōſecraret, q̄ quidē intentio, licet nō
ſit ſemper actualis, ſufficit tamen habitualis inten-
tio cōſecrandi. Secūda cōſecrationis forma exteri-
or, ſunt verba q̄ xp̄s inſtituit ⁊ docuit, pro qua ver-
boꝝ forma merito q̄ri poteſt. An aliquo ſenſibili ſi-
gno, An certoꝝ prolatione verboꝝ. An ſola virtu- Pulchra
te ⁊ poteſtate ſua cōſecrauit xp̄s. Et ꝑ hoc qua for- difficultas.
ma cōſecrationis dn̄s vſus eſt, circa quā difficultatē
varijs modis reſpōdere valemus. Primo. n. dicere
poſſumus, vt aliqui aſſerere videntur, qꝺ̄ ſicut xp̄s
prius baptizatus eſt quā formā baptiſmi inſtituit,
ita prius ꝑfecit quā verba aliq̄ protulerit. ipſe ſiq̄dē
q꜡ eſt verbum patris ſine verbo, ſua virtute cōfecit. Opinio p
Nobis aūt q diuini v̄bi virtute egemus. Dedit for- ma.
mā verboꝝ qua cōſecramus, Et ſic differentia in cō
ſecrando inter miniſtros ⁊ ſacramēti authorē appa-
ret. vnde ſic arguūt, ſi xp̄i corpus nō fuiſſet ſub ſa-
cramēto ante iſtoꝝ verboꝝ prolationē non vere di-
xiſſet xp̄s. Hoc eſt corpus meū. Oportuit ergo cor-
pus xp̄i p̄exiſtere in ſacramēto, ante quā dixit. Hoc
eſt corpus meum, vt vera eſſet oratio.

¶ Itē aliter vt aliĳ dicūt qđ dn̄s accipiēs panē be=
nedixit ꝛ cōſecrauit illū quadā benedictione ſecreta
pinio.2. nobis ignota, ad quā facta eſt trāſſubſtātiatio, poſt
modū fregit deditq̄ʒ diſcipulis ſuis dicēs. Accipite
ꝛ comedi. Hoc eſt corpus meum, Et in prolatione
horum verborum cōtulit eis poteſtatē ꝛ vim cōuer
tendi in poſterum panem in corpus xp̄i.

¶ Iterū aliter vt nōnulli affirmāt qđ dn̄s cōfecit
hoc verbo. ſ. Hoc eſt corpus meū, ſed verbū illud di
xit bis, licet nō ſcribat niſi ſemel. Poſtquā. n. bene
dixit tacite dixit illud verbū hoc eſt corpus meum,
pinio.3. ꝛ tūc cōfecit, ſed qꝛ tacite dixit. Tacuit euāgeliſta.
Per illud aūt verbū ſecūdo dictū duo nos docuit. ſ.
quid fuit. quod videlicet dedit corpus eius, ꝛ qua=
liter alius conſecrans facere deberet.

¶ Poſtremo vt quidā alĳ q̄bus ego adhereo cęte
ris ꝓbabilius, ꝛ verius fatētur, videlicet qđ xp̄s in
vltima cena cōſecrauit per eadē verba per q̄ nos cō
ficimus quodq̄ʒ ſemel tantū ꝓtulerit ipſa, ac ꝑ vni=
cam eoꝝ prolationē oīa hęc tria. ſ. cōſecratio, ſigni
pinio.4. ficatio, ꝛ informatio, fiebant. Protulit tamē nō eo
dem ordine quo hic ſunt poſita, quo ꝛ euangeliſta
ponit, quia nō fuit euangeliſtis cura ſeruare ordi
nem verborū quo prolata ſunt a domino, ſicut ꝛ in
multis alĳs, ſed dūtaxat facta ꝛ prolata a domino
narrare, Ordo autē talis fuit. Accepit panem ꝛ be
nedixit, dicens. Hoc eſt corpus meū, ac deinde fre=
git ꝛ dedit diſcipulis ſuis dicens. Accipite ꝛ mādu
cate, Et hoc ſiquidem (ſcilicet quod dominus con
ſecrauit horum verborum prolatione ſemel facta)
magis videtur elici ex verbis euangelĳ ꝛ dictis ſan
ctorum patrum quibus etiam verbis nos conſecra

mus, Miniſter tamen ſeu ſacerdos non debet pro= ferre huiuſmodi verba in pſona miniſtri vel ipſius ſacerdotis ſed in perſona Chriſti loquentis, vt de= tur intelligi quod miniſter in perfectione huius ſa cramenti nihil agit, niſi qđ ꝓfert verba xp̄i ⁊c. Aduertant hic ſacerdotes.

¶ Alia perpulchra difficultas.

NOn inmerito etiam queri poteſt quomodo ꝓ poſitio illa ſit vera ⁊ quid per illud ſignu3 de mōſtratiuū. Hoc. demōſtratur cum dicitur. Hoc eſt corpus meum. Ad hanc.n. difficultatem primo reſpondent moderniores heretici dicentes quod il lud ſignū demōſtratiuū. Hoc. Demōſtrat panem, ſed verbū eſt nō capitur ſubſtātiue ſed vt valet tan tum, ideſt ſignificat vt ſit ſenſus. Hoc eſt corpus meū, ideſt panis ſignificat corpus meum, de quorū hereticorum falſitate ſatis dictum eſt ſupra. Prima Lutheranoru3 aſſertio.

¶ Quidam autem dicunt quod in hac oratione. Hoc eſt corpus meum, eſt demōſtratio mixta, par= tim ad ſenſum ⁊ partim ad intellectu3, vt ſit ſenſus orationis. Hoc eſt corpus meum. Hoc, ideſt illud in quod panis diuina virtute eſt tranſmutandus, eſt corpus meum. 2. Aſſertio.

¶ Alij autem aſſerunt, quod hec oratio. Hoc eſt corpus meum, eſt ſignificatiua ⁊ operatiua, ſignifi catiua ex prima ſui impoſitione, operatiua vero ex forme ſacramētalis inſtitutione. Et ſic ratione qua eſt ſignificatiua. Hoc demonſtrat ſignatum per ſi= gnum, ratione autem qua eſt operatiua inſinuatur aliqd in aliud conuertendū. Vñ eſt hic demonſtra= tio ſignati p ſignū in ſignatū ꝯuertēdū. ſignū eſt pa nis ſignatū eſt corpus xp̄i in qđ panis eſt cōuertē= 3. Aſſertio.

dus. Hoc ergo demõſtrat ad intellectũ corpus xpi. vnde ſenſus eſt. Hoc eſt corpus meũ .i. ſignatũ hoc ſigno quod eſt panis trãſſubſtãtiandus in corpus meum, eſt corpus meum.

4. aſſertio. ¶ Nõnulli vero autumãt qđ iſtud ſignũ. Hoc de mõſtrat ſubſtantiã panis ſub accidentib. q̃ oculis cõſpici poſſunt, q̃ inſuper eſt terminus a quo ↄuerſionis, eſt vero operatiuũ, ⁊ dicit cõuerſionẽ. vnde cum dicit. Hoc eſt corpus meũ, nõ ſignificat quod panis ſit corpus, ſed quod ad prolationẽ verbi, panis trãſit in corpus, valet ergo tantũ. Hoc eſt corpus meũ .i. hoc cõuertitur in corpus meũ, ⁊ ſic hoc verbũ eſt interp̃tat trãſit, vel cõuertitur.

5. aſſertio. ¶ Pleriq; vero clarius loquũtur dicentes qđ propoſitio tunc dicit vera, qñ ſignificat ita eſſe ſicut ẽ in re, ſi fuerit de p̄ſenti ⁊ affirmatiua. Nõ autem ſignificat niſi qñ ſibi mẽtalis correſpõdet, qm̃ q̃libet ꝓpoſitio vocalis dicit vera a veritate ſuę mentalis cui ſubordinatur. Mẽtalis aũt ſolũ ↄcipitur in fine ꝓpoſitionis vocalis, q2 audiens hoc eſt corpus, ignorat an dicturus ſit hominis ſeu leonis vel meũ, ideo nõ format mẽtalẽ ante cõpletã prolationẽ totius vocalis. Vocalis ergo eſt vera quãdo cõplete prolata eſt, q2 tunc ſubordinat mentali vere, quãdo aũt prolata eſt cõplete, tunc ſub ſpeciebus panis eſt verum corpus xpi ⁊ ita illa. Hoc eſt corpus meũ, demõſtrando cõtentu; ſub ſpeciebus panis .ſ. corpus

6. Authoris aſſertio. xpi ſimpliciter eſt vera, Ego autẽ aliter dico ſaluo ſemp meliori iudicio, qđ q̃libet ꝓpoſitio vocalis cũ ſit mere ſucceſſiua, quod ad eẽ ⁊ fieri dicit vera in toto tẽpore in quo profertur ⁊ in nulla parte eius, Et hoc eſt de ratione cuiuſlibet rei ſucceſſiue. Nã dies artificialis dicit eſſe in toto illo tẽpore in quo

ſol mouetur ab oriente in occidentē, Et ita in propoſito iſto, hoc eſt corpus meū veritatē habet in toto tēpore incluſiue in quo profertur, in quo etiā venerabile xp̄i corpus eſt ſub ſpecie panis, idcq̄ illud ſignū demōſtratiuū hoc, vere ſignificat corpus xp̄i.

¶ Alia de eodem Sacramento doctiſſima difficultas.

Hic etiā queri poteſt, & nō ſine rationabili cauſa, An verba cōſecrationis actiue cōcurrant p virtutē ſupernaturalē eis a deo infuſam vel datā ad huiuſmodi cōuerſionē. Ad quā difficultatem nōnulli dicūt, verba cōſecrationis a xp̄o tradita habere virtutē cōuertēdi elemēta in corpus xp̄i & ſanguinē, q̄ quidē virtus data eſt verbis creatis a verbo increato nec hoc excludit, quin ibi virtus increata ſit intime operans, ſicut eſt in oībus quibus cooperatur virtus creata, Data eſt ergo verbis virtus ſupernaturalis huiuſmodi, & ceterorū ſacramētorū, quorū virtute res ſacrate efficiūtur, virtute diuina cooperāte, licet effectio illa principalius attribuēda ſit virtuti increate cooperanti. Unde etſi virtus data verbis a verbo īcreato opatiua ſit ad trāſſubſtātiationē, tamen primo & principaliter accipiēda eſt ipſa cōuerſio a virtute increata & ſupernaturali. Prima multorū doctorū poſitio.

¶ Aliter tn̄ probabilius, clarius & forte verius dicendū eſt negando oēm virtutē inſtrumētalem cōcurrētem effectiue ad trāſſubſtātiationē inexiſtere verbis cōſecratiōis, ſed qd̄ ſola diuina virtute & potentia cōuertitur panis in corpus xp̄i, qm̄ panis in hac conuerſione deſinit eſſe tam ſm̄ materiā quam ſm̄ formā, ad quā ſubſtātię anihilationē nō poteſt agere virtus creata, ſicut nec ad creationē & huic fauet cap. firmiter de ſūma trinitate & fide catho. vbi 2. Aliorū et ipſius authoris aſſertio.

idiote, ideo ſerpentē plus debito venerabantur, ido latriam cōmittentes. quapropter rex ſanctus Ezechias eū cōtriuit ad remouēdam idolatrię occaſionem. Ita ergo in propoſito in verbis cōſecrationis nō eſt virtus aliqua ſupernaturalis per quā actiue cōcurrant ad ſacramētalem effectū. ſ. panis in corpus xpi tranſſubſtantiationē, ſed Chriſtus ex pacto qđ cū Eccleſia ſponſa ſua pepigit ſuo ſigno aſſiſtens conuerſionē efficit, ⁊ ideo dicitur ſignum nedum certū, ſed efficax: q2 infallibiliter aſſiſtit Chriſtus id efficiens. Et ſiquis dicat ſi in verbis nō eſt aliqua virtus ſupnaturaliter infuſa effectiue cōcurrens ad panis cōuerſionē. Quomodo igitur verba illa dicūtur cōſecratiua? ⁊ inſuper quomodo corpus xpi dicitur eſſe pſens ſpeciebus panis ex vi verborū, Ad hęc plane reſpōdetur quod ipſa ideo dicuntur cōſecratiua, q2 ad ipſorū prolationē fit cōſecratio ⁊ ad nullā aliam quorūcūq3 prolationē verborū non quidē q2 ipſa per virtutē aliquā eis inexiſtentē ad cōuerſionē cōcurrant, ſed quia deus cōuerſionem illam operatur dum verba hęc proferūtur, ſiquidē ordinauit quod quoties ſacerdos hęc verba legitime profert, toties vult ipſe aſſiſtere ad conuertendum panē in corpus ſuū, Et ſecūdum hoc ſacerdos dicit̄ cōficere ⁊ cōſecrare, q2 facit aliquem actum. ſ. verborū prolationē, qui requiritur ad hoc vt fiat cōuerſio. requiritur dico nō ex natura rei, ſed ex dei ordinatione cū eccleſia, quo ad talem prolationem idonei miniſtri Eccleſię ipſe aſſiſtere vult, ⁊ conuertere panem in ſubſtantiam corporis ſui. Placuit igitur Deo verba inſtituere in Eccleſia pędicta, regulariter ad quorū legitimā plationē ꝯuerſio fieret ſua miſericordia ⁊ volūtate, quod fecit cum dixit.

4. Reg. 18.

Obijcitur.

Reſpōdet.

Quō ꝯficit ſacerdos.

Hoc facite in meam cõmemoratione͂. Hoc.f.quod ego feci quaſi diceret, accipite panem ⁊ dicite. Hoc eſt corpus meũ, Et per hoc fecit pactũ cum eccleſia, vt quoties ſacerdos illa verba proferret, toties vult aſſiſtere ⁊ corporis ſui p̄ſentiã pane in ipſum cõuerſo exhibere, ⁊ propter hoc ſacerdos dicitur miniſterialiter conſecrare: ⁊c.

Alia obiectio. ¶ Et ſiquis iterũ q̄rat quomodo ergo verba illa dicũtur cauſa trãſſubſtãciationis. Reſpondetur q͛ dupliciter põt accipi cauſa, vno modo quãdo ad p̄ſentiã eius ſequitur aliud eſſe ex natura rei, quẽad modũ ignis per virtute͂ caloris ſibi inexiſtentis dicitur cauſa calefactiõis paſſi debite applicati, ſicut etiã intellectus eſt cã intellectionis, nõ minus quã voluntas ſue volitionis, ⁊ hoc ſiquide͂ modo v̄ba cõſecrationis nõ dicũtur cauſa trãſſubſtãtiationis, hoc eſt per virtute͂ eis inexiſtente͂. Alio modo ſumit͂ cauſa quãdo ad eſſe vnius ſequit͂ eſſe alterius ex ſola volũtate alicuius. Quomõ dicimus quod actus meritorius eſt cauſa reſpectu p̄mij ex ſola volũtate diuina p̄miante, ⁊ huiuſmodi cauſa ſolet dici cauſa ſine qua nõ. Sic ergo verba cõſecrationis ⁊ generaliter ſacramẽta noue legis dicũtur cã ſine qua nõ, effectus nõ ſequit͂ ſacramẽtalis, ⁊ propter hoc v̄ba cõſecrationis dicũtur cauſa trãſſubſtãtiationis, nã q꞉ cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliquid, ſed ad ce͂ ſiue ad prolatione͂ verboꝝ debitã ſequit͂ p̄ſentiam corporis x̄pi per cõuerſione͂ panis in ipſum, ideo dicuntur cauſa huius p̄ſentie ⁊ cõuerſionis. Simili modo actus meritorij dicũtur eſſe cauſe beatitudinis future. Nõ ita quod ipſe cauſent effectiue beatitudine͂ q̄ tãquã merces a ſolo deo cõfertur, ſed q꞉ ex dei ordinatiõe ⁊ liberalitate placuit ipſi dare tãtum bonũ

Reſpõſio.

Quõ verba dicũtur cõſecratiõis cã.

Meritũ eſt cauſa p̄mij ex dei ordinatione.

tum bonum in futura vita elicientibus tales actus in vita p̄senti, sic pater familias conducens seruum in vineā suā p̄ro denario, diurno expleto labore tribuit mercedē laboris. Quā non causat labor ex sua natura, Sed causare dicitur ex pacto ꝛ conuentiōe cōducētis ꝛ conducti, Propter quam placuit cōducēti domino dare denarium in ordine ad labores tales exhibitos, Nec cuiquā absonū videatur ꝛ fictū deū in noua lege cū fidelibus huiusmodi pacta celebrasse, Cum etiā in lege veteri similia fecisse legatur, Unde ait. Hoc est pactū meum quod obseruabitis inter me ꝛ vos, Circuncidetur omne masculinum ex vobis, Et infra masculus cuius caro p̄ęputij circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo vbi a contrario sensu arguitur, si circuncisa fuerit saluabit, Et ex hoc pacto statuto deus huic circuncisioni assistit, remittendo originale peccatum ꝛ causat gratiā, quę est mediū producendi hominē ad salutem. Sic igitur in proposito in verbis consecrationis non est aliqua virtus actiue cōcurrēs, sed ad eorūdē sacerdotis p̄lationē deus vt dictū est cōuertit substātiā panis in sacratissimū xp̄i corpus, vel potius panis substantia anichilatur. ꝛc. Genesis. 17 Peroptime concludit p̄positum.

¶ Habes igitur candide lector formam huius sacramenti, quę sunt verba consecrationis, Quib. ex rationabili causa hęc cōiunctio. n. inseruit, q̄ ceteris quatuor cōnumerata dici solent quinq; esse cōsecrationis verba quę certe non carent misterio, queādmodū. n. quinq; verbis corpus Christi consecratur in sacramēto, Sic totidem verbis concipiebatur in virginis vtero. Ipsa nāq; angelo salutanti consentiente, ꝛ dicente, fiat mihi secundum verbum tuum, incarnatum est patris verbū, Publicanus in super Nota pulchrū misterium. Luc. 1.

veniam meruit quinqȝ oratione verborum eũȝ percuſ-
Luc.18. tiens pectus ſuũ orauit dicẽs. Deus propicius eſto
Matth.9. mihi peccatori. Similiter quinqȝ verbis xp̃s crimi-
na paralitico relaxauit.d. Fili remittũtur tibi pec-
Luc.23. cata tua. Paradiſus quoqȝ ad quẽ xp̃i corpus tãq̃
viaticũ ducit,quinqȝ verbis latroni promittit,dicẽ-
te in cruce dño. Hodie mecũ eris in paradiſo,et hec
Digito cõ- de forma et mã cõſecrationis dicta ſufficiant,de qui-
peſce label- bus Gabriel etiã in pleriſqȝ canonis locis per am-
lum. plius et diffuſius loquitur: quare etc.

¶ De cauſa finali huius admira-
bilis Sacramenti.

Non ſine rationabilib. cauſis Saluator noſter
Prima cau- xp̃s tradidit nobis ſuũ ſanctiſſimuȝ corpus et
ſa pp quaȝ ſanguinẽ in vltima cena. primo vt eſſet cibus et po-
ſumit xp̃i tus ſpũalis animę, Pro quo eſt ſciẽdũ qđ prout le-
corpus. gitur geneſis.2. Fluuius egrediebat de loco volup-
Gen.2. tatis ad irigandũ paradiſuȝ,qui inde diuiditur in
quatuor capita,per quẽ qdẽ fluuiũ merito intelli-
git deus,inde xp̃s Jeſus verus deus et homo q eſt
ṽa vita omniũ viuẽtiũ,ꝓut de ſeipſo teſtat.d. Ego
Joan.14. ſuȝ via ṽitas et vita, et Dauid in Pſal. Oĩa a te ſpe-
ctãt vt des illis eſcã in tẽpore,dãte te illis colligẽt,
aperiẽte te manũ tuã oĩa ĩplebũtur bonitate. Auer-
Pſal.103. tẽte aũt te faciẽ turbabũtur. Auferes ſpiritũ eoruȝ
et deficiẽt et in puluerẽ ſuũ reuertent. Emitte igit
ſpũm tuũ et creabũtur et renouabis faciẽ terrę. Ab
iſto.n.fluuio,q eſt vita omniũ vitarũ egrediunt alij
Quatuor quatuor fluuij,qui ſunt quatuor principales vite,vi-
principales delicet vegetatiua,ſenſitiua, ĩtellectiua, et angelica,
vitę. quibus etiã deus pparauit ſuũ cibum, vt viuant, et
queadmoduȝ illi quatuor fluuij emanaht a primo
paradiſi fluuio: ita quatuor ſpecieȝ creaturarũ viuẽ

tium accipiunt eſſe, ſumūtq; vitā, ab ipſa prima vi-
ta vt inquit Joā. Quod factū eſt in ipſo vita erat,
vnde diuina prouidētia omnibus filijs de eorū vita Joan.1.
prouidit. Angelis.n. cibū ſpiritualē omni ſuauita
te plenū elargitus eſt, quod eſt videre diuinā eſſen-
tiā ⁊ illa frui in eaq; perpetuo quietari iuxta illud Pſal.16.
Dauid. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Ideo
dixit angelus Tobię. Cum eſſem vobiſcum per Tobię.12.
voluntatē dei videbar quidem māducare ⁊ bibere.
Sed ego cibo ⁊ potu inuiſibili vtor.ſ. viſione diui
na, Vegetabilib. vero pariter ⁊ ſenſibilibus admi
rabili ſua prouidentia parauit nutrimentū, vt viue
rent, quapropter decuit vt homines, qui duplici vi-
gent natura materiali.ſ. ⁊ ſpirituali, vt duplicē ſu-
merēt cibū, materialē pro corpore, quoniā omne vi
uens quādiu viuit indiget alimento cōuenienti ſuę
naturę, Sine neceſſarijs.n. impoſſibile ē viuere, Aliū
aūt appetit cibū pro anima quia queādmodū cor-
pus nō poteſt eſſe ſine corporali cibo, ſic ſpiritualis
anima ſine cibo ſpirituali viuere nequit, qui qdem
ſpūalis cibus ante xpī aduētū fuit tātū diuina gr̄a
ſeu ſpecialis ſupceleſtis īfluxus, aut diuinus fauor.
Anima.n. diuina viuit gratia ſicut morit̄ peccato.
Modo aūt xp̄s Jeſus nō vt accidentalis gr̄a ſed vt
gr̄a increata factus eſt cibus anime ipſo teſtāte qui
ait. Caro mea vere eſt cib. ⁊ ſang. meus vere eſt po. Joan.6.
qm̄ ſicut panis p̄ ceteris cibis corpus reficit ⁊ ſuſtē
tat, ⁊ vinū letificat hominē, ita caro xp̄i interiorem
hominem plus ceteris gratijs ſpiritualiter reficit ⁊
ſuſtentat, vnde viaticū quaſi reficiamētum merito
appellatur, ⁊ queādmodū oportet nos naſci denuo
vt videamus regnū dei, q2 vt ait Chriſtus. Niſi qs
renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto non poteſt Joan.3.

introire in regnū dei. Ita nunc denuo oportet nos nouo cibo cibari, quod.n.natum eſt ex carne caro ē, ideo indiget cibo carnali, ſed quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt, quare ſpirituali cibo eget.

¶ Secundo ſciendum eſt quod queadmodū datꝰ cibus corporalis ad ſuſtentandum ꝛ fortificandum corpus, vt validius poſſit reſiſtere corporalibus influxis, ita datur ſpiritualis cibus ꝑ anima ſpiritualis, vt ſit fortis ꝛ potens ad ſuſtentandum ſpirituales influxus, ne ob ſpiritualem debilitatem deficeret, Nam legitur in ſcripturis, qđ deus volens diuinos influxus ſuper aliquem ſpiritualiter pluere, ne pp impetum ꝛ illorū terribilitatem deficeret, mandauit illum aliquo cibo cibari, ſeu permiſſit prius prendere cibū, ne ob debilitatē a tanto deficeret impetu, vnde antequam deus legem dediſſet populo Iſrael prius miſit māna ad manducandum in quo latebat virtus ad ſuſtentandū ꝛ roborādū, Scribit etiā quod angeli noluerunt Abrahe reuelare diuina ſecreta niſi prius ſumpto cibo, Itē legimus deū prius miſiſſe cibū helie antequā ei locutus fuiſſet. vt de cibo illo factus fortis ꝛ robuſtus, facilius poſſet ſuſtinere terribilitatē verbi dei, quo inde fecit deſcendere ignē de celo, ꝛ pluuiā ſuper terrā falſis ꝓphetis occiſis. Daniel quoqꝫ ait vidi ego Daniel ſolus viſionem, porro viri qui erant mecū non viderunt, ſed terror nimis irruit ſuper eos, ꝛ fugerūt in abſconditū, Ego autē relictus ſolus vidi viſionem hanc grandē ꝛ non remāſit in me fortitudo ſed ſpecies mea inmutata eſt in me, ꝛ emarcui nec habui quicquā virium, ꝛ ecce manus tetigit me ꝛ erexit me ſuper genua mea ꝛ ſuper articulos manuū mearuꝫ, Apoſtoli inſuper cū audiſſent vocē de nube dicētē.

Datur cib. ad ſuſtentādum.

Exodi .16.

Gen.18.

3. Regū.17 18.19.

Dani.10

Hic eſt filius meus dilectus.⁊c.ceciderunt in faciē Matth.17.
ſuam ⁊ timuerunt valde,ſed acceſſit Jeſus ⁊ tetigit
eos.⁊c.

¶Inſuper ille idem diſcipulis ſuis ait,multa ha-
beo vobis dicere,ſed non poteſtis portare modo ob
ſpiritus debilitatē,cum autē venerit ille ſpiritus do
cebit vos omnē veritatē,qꝛ tunc roborati ⁊ fortio-
res effecti ex ſpirituali cibo corporis ⁊ ſāguinis mei Joānis.16
facilius poteritis recipere celeſtes ⁊ diuinos īfluxus
videlicet diuerſa linguarum genera,interpretatio-
nē ſermonū,virtutum operationes,gratiam ſanita
tu3,⁊ alia id genus quę operatur vnus ⁊ idem ſpi-
ritus.⁊c. Et hoc eſt quod ait Dauid in pſalmo. Pa Pſal.77.
nem angelorum.i.robuſtoꝝ manducauit hō,vt eēt
fortis ⁊ robuſtus ad diuinos recipiendos influxus
Dedit igitur Chriſtus ſuū ſanctiſſimū corpus ⁊ ſā
guinē pro cibo anime ſpirituali primo apoſtolis, vt
per amplius eſſent fortes in bello ⁊ pugnarent cu3
antiquo ſerpente,⁊ vt ſpiritualiter roborati ſuſcipe
rent ſpūm ſanctū,⁊ ſic tādem omnibus Chriſti fide-
libus datur hic ſpiritualis cibus,quo roborātur ⁊
fortificātur ad reſiſtendū diaboli,mundi,⁊ carnis
tentationibus,⁊ ad ſpiritualia bona exercenda ⁊ tē
poralia contēnēda,potius autē ad diuina appeten
da,⁊ ſic patet prima cā propter quā inſtitutū ē hoc
diuinū ſacramentum.

¶Secunda cauſa propter quā Chriſtus dedit no de.2.cauſ
bis ſuū ſanctiſſimū corpus in cibum ⁊ ſanguinem
in potum fuit,vt penitus enullaret oīa ſacrificioꝝ
gña,Siquidē diuerſorū animaliū ſacrificia fuerūt
a deo inſtituta ad expurgandum ⁊ expiandū partē
hominis animalē,quę vt in nobis eſt ſubijcitur pec

Duplex hō creatus a deo. | cato ac variis peccatorū concupiſcētiis, Item vt in principio tractatus oſtenſum eſt, duplex homo fuit creatus a deo, Unus animalis formatus ꝺ limo terre qui inſpirauit in faciem eius ſpiraculū vite ⁊ factus eſt homo in animā viuētē

Gen.2. Per animā.n.viuē

Gen.1. tem intelligimus hominem ſeu animā inferiorē cōmunē nobis ⁊ animalibus brutis, Secūdus homo ſpiritualis fuit creatus a deo ad imaginē ⁊ ſimilitudinem ſuā, Fuerūt igitur inſtituta animaliū ſacrificia ad expiandum partem inferiorē hominis.ſ.animalem, q̄ eſt omnis peccati cauſa, ⁊ hoc quippe congrue ⁊ nō ſine rationabili cauſa quoniam decet vt pars animalis inferior hominis, q̄ nos ad peccandum inducit expiata fuiſſet ex ſacrificio animaliū irrationaliū, ac per eoꝝ ſanguinē vt ſimile per ſibi ſimile expiaretur, ⁊ ſic pars animalis hominis expiebatur per ſanguinē alterius animalis ⁊c.

¶ Legitur inſuper in Leuitici libro qꝺ ſacerdos ⁊ ſūmus pōtifex nō introibat in loco ſanctuarij niſi per ſanguinē hircoꝝ, tauroꝝ, caprorū, ⁊ vituloꝝ, columbarū, ſeu p cinerē vitule aſperſum, Et ſi queramus cur per animaliū ſanguinē purgabātur peccata,

Per ſanguines peccata purgantur. Reſpōdetur qꝺ queadmodū aurū purgatur ab igne, ita per ſanguinē purgātur peccata ⁊ equidem rationabiliter, quoniā ſicut caro ⁊ ſanguis cauſa eſt omnis peccati, ideo per alioꝝ ſanguines quodlibet debet purgari peccatū. Chriſtus aūt aſſiſtens Pontifex futuroꝝ bonoꝝ p amplius ⁊ perfectius tabernaculū nō manu factū volens intreire.i. locum no-

Hebre.9. ſtri templi ſpiritualis, de quo idem Apoſtolus ait.

1.Cor.3. ⁊.6.⁊ Templum dei eſtis vos, ⁊ ſpiritus ſanctus habitat

2.Cor.6. in vobis, non per ſanguines hircoꝝ aut vituloꝝ ſed

per propriũ ſanguinē, ad clarius oſtendendũ quod xp̃s nõ venerat tantũ ad expiandũ partē animalem inferiorem hominis, verũ etiã ad expiandũ partem ſuperiorē ſpiritualem. ſ. rationalē animã. Quia ſicut pars animalis expurgatur per ſacrificium ⁊ ſanguinē alterius animalis vt dictũ eſt, ita pars ſuperior, ſeu interior ⁊ ſpiritualis homo debet expiari p̱ ſacrificium ⁊ ſanguinem alterius hominis puriſſimi ſpiritualis ⁊ inocentiſſimi, qui Chriſtus eſt. Et ſic clare liquet qualiter inferior homo animalis aſſimilat̃ brutis ex quoꝝ ſacrificio ⁊ ſanguine expurgatur. Interior autem ⁊ ſpiritualis homo aſſimulatur Chriſto, ideo per eius ſacrificiũ ⁊ propriũ ſanguinē debet expiari ⁊ purgari a peccatis ⁊c.

¶ Proinde ſciendum eſt quod tria genera creaturarum per ſacrificiũ ⁊ ſanguinē Chriſti fuerunt p̱fectiſſime mundata. Primo homines. Secũdo omnia animalia q̃ prius erant inmũda. Tertio omnes fructus terrę p̃cipue autem panis ⁊ vinum, qui ex peccato Ade a principio fuerunt maledicti a deo, q̃ omnia ſcripturarũ teſtimonijs demõſtrari poſſunt, Primum. n. ſic oſtenditur ait. n. Eſaias. Vere languores noſtros ipſe tulit ⁊ peccata noſtra ipſe portauit, ⁊ Joãnes in Epiſtola canonica. Sanguis Jeſu Chriſti emundauit nos ab omni peccato, ⁊ ille idē in Apoc. ait. Qui dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Apoſtolus quoq; ad Corinth. inquit. Qui non nouerat peccatum pro nobis fecit peccatũ. ſ. oblationem vel ſacrificiũ pro peccato. Naꝫ interdũ peccatũ in ſcripturis ſummitur pro eius ſacrificio vt ibi, Et ille idē ad hebreos. Si. n. ſanguis hircorũ ⁊ taurorum ⁊ cinis vitulę a

Eſaię. 53. 1. Joan. 1. Apoc. 1. 2. Cor. 5. Hebre. 9

Hebre.9. ſperſus,inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis.Quanto magis ſanguis Chriſti qui per ſpiritum ſanctuȝ ſemetipſum obtulit immaculatū deo emundauit conſcientiam noſtrā ab operibus mortis ad ſeruiendum deo viuenti,Jtē Petrus ſciētes quod nō corruptibilibus aureo vel argento redempti eſtis,ſed p̄cioſo ſanguinę quaſi agni imaculati Chriſti.⁊c.

1.Pet.1.

Deut.14. ¶ Secundū.ſ.qđ omnia animalia fuerint mundata per ſacrificium ⁊ ſanguineȝ Chriſti claret ex his. Nam licet in lege fuiſſent nōnulla animalia in munda,de quibus p̄ceperat dñs non manducari nihilominus ait Apoſtolus Paulus,Pacificauit per ſanguinē crucis eius ſiue quę i cęlis,ſiue q̄ interris ſūt Jnquit quoqȝ Joānes Euangeliſta, Pater diligit filium ⁊ omnia dedit in manu eius,vt omnia contineat,ſanctificet,⁊ poſſideat,⁊ hoc ideȝ etiā oſtēdit per illam admirabilem viſionem quā habuit Petrus cū oraret circa horam ſextam,vidit namqȝ cęlum apertum,⁊ deſcendens vas.quodam velut linheum magnum,inquo erant omnia quadrupedia ⁊ ſerpentia terrę,⁊ volatilia cęli, ⁊ facta eſt vox ad eum ſurge Petre occide ⁊ manduca, Ait auteȝ Petrus abſit domine quia nunquā mānducaui omne comune ⁊ inmundū,Et vox iterum.2.ad eum qđ deus purificauit tu comune ⁊ inmundum ne dixeris,claret igitur qualiter omnia animalia munda ſunt in ſanguine xp̄i.⁊c.

Col.1.

Joan.3.15.

Actuū.10.

Oia aialia mundata ſūt in ſanguine xp̄i

¶ Tertiū vero.ſ.quod p̄cioſo xp̄i ſanguine fuerint mundati omnes fructus terrę,olim maledicti a deo his liquide demonſtrabitur,ſed primo ſciendū eſt quod pp peccatum Adę deus maledixit terram in

De fructibus terrę

Gen.3.

omni opere ſuo ꝛ ex cõſequẽti omnes fructus eius, qui videlicet naturaliter producuntur a terra, qua propter cũ eſſent illi duo primi fratres Caim agricola, Abel autẽ paſtor ouiũ, cũ tenerentur offerre oblationes deo, Abel offerebat primitias animaliũ quę non erãt maledicta a deo nec inmunda, Ideo eius oblatio erat deo grata ſicut ſcriptũ eſt Reſpexit deus ad Abel ꝛ ad numera eius, ad Caym autẽ non reſpexit, eo qđ ipſe non poterat offerrę niſi de primicijs ꝛ fructibus terrę, qui fuerant maledicti a deo, qua de re nõ erant ſibi grati, nec vnquã deus voluit oblationes de primitijs ꝛ fructibus terrę niſi poſt diluuium, quo in tantum expurgauit terrã a maledictione data, quod ipſa incepit producere fructus gratos deo. Qui in tantum dei fauorem augebantur, quod Melchiſedech Rex ſalem, q in omnibus figurabat Chriſtum obtulit Abrahę panem ꝛ vinũ. Erat. n. ſacerdos dei altiſſimi qui primus obtulit oblationes de fructibus terrę poſt diluuium deo gratas, panẽ. ſ. ꝛ vinum, qui veri terrę primi fructus merito appellantur, Chriſtus autem in ſuo ſanguine, per amplius mundauit ac nobilitauit hos primos terrę fructus, panẽ. ſ. ꝛ vinum, cũ ſub ſpetię eiuſdem panis ꝛ vini elargitus eſt nobis ſuum ſanctiſſimum corpus ꝛ ſanguinem in perpetuam ſuę paſſionis memoriam. Et hoc eſt quod ait propheta, Memoriã fecit mirabilium ſuorum, miſericors ꝛ miſerator dominus eſcam. i. ſpiritualem dedit timentibus ſe, in ſua vltima cena de qua Lucas Euangeliſta ſpiritualiter loquitur dicens Homo quidam fecit cenã magnã, ꝛ alibi Simile eſt regnũ cęlorũ homini q fecit nuptias filio ſuo. ꝛc. Claret igitur ex his qualiter xp̃s p ſacrificiũ ꝛ ſanguinẽ ſuũ nõ ſo

Gen. 4.

Ex diluuio purgati fue rũt fructus terrę olim maledicti.

Gen. 14.

Hebre. 9.

maxima pa nis ꝛ vin nobilitas

Psal. 110.

Luce. 14.

Matth. 22

lum expiauit partem noſtram animalem ſcilicet ho
minem inferiorem. Uerū etiam ⁊ omnia animalia
immunda, quinimo ⁊ omnes fructus terrę a princi
pio maledictos ⁊ p̄cipue panem ⁊ vinum expiauit,
mūdauit, benedixit, ſanctificauit, ⁊ maximopere no
bilitauit. Et ex cōſequenti per ſacrificiū ſui corporis
Cōcludit intentū. ⁊ ſanguinis euacuauit omnia genera ſacrificiorum qḋ
fuit ſecūda cauſa huius ſacramēti inſtitutionis, qḋ
ita liquet ex ſcripturarū teſtimonijs, Scribit nēpe
Et placuit in eo omnē plenitudinem inhabitare.
Paulus quoque ad hebreos inquit Portat omnia ver
Hebre. 1. bo virtutis ſuę. Item Cōſtituit eum heredem vni-
uerſorū per quem fecit ⁊ ſecula, ⁊ ille idē ad Coloſſ.
Col. 1. In ipſo ſunt cōdita vniuerſa ſiue q̄ in terris, ſiue q̄
in cęlis ſunt ⁊c. Unde ex his ſequitur quod ſi Chri-
ſtus ſuo ſanguine omnia purgauit ⁊ expiauit tum
Corr. cōtra Luthera. infertur. maxime partem noſtram animalē, q̄ cum eſſet cauſa
omnis peccati ſemper inducit ad peccandum, quod
quilibet homo poteſt facere quod in ſe eſt. i. ceſſare
ab actu ⁊ conſenſu peccati, ⁊ ſe diſponere ad gratię
ſuſceptionē, nec omnis operatio hominis etiā ex-
tra gratiam exiſtentis ſemper eſt peccatū (vt multi
heretici aſſerunt) Aliter Chriſtus non expiaſſet
partem noſtram animalē. i. inferiorem hominem, ſi
omnis eius naturalis actio eſſet peccatum, Sed his
Oīa in vnū cōcludit author. omnibus dimiſſis dico omnia in vnum cōcludēdo,
quod queadmodū antiquitus poſt ſacrificiū quod
offerebatur deo tam ſacerdotes quā aſtantes come
debant de ſacrificato animali. Ita Chriſtus nō tan
tum voluit pro nobis ⁊ pro omnibus creaturis ſa-
crificari deo, verū etiam vult ⁊ ſacerdotes ⁊ aſtan-
tes ſpiritualiter ac ſacramentaliter comedere ſuum

ſanctiſſimū corpus ⁊ ſanguinem bibere non ad ſuſtentandum corpus,ſed ad interiorem hominē corroborandū vt poſſit cum Chriſto in ęternū viuere, vt ipſe atteſtatur dicens. Qui manducat me ⁊ ipſe viuet propter me. Tertia cauſa propter quā Chriſtus inſtituit hoc ſanctiſſimū ſacramētū fuit ꝓpter maius fidei augumētum,vt credendo ſub ſpecie panis ⁊ vini ſuum ſanctiſſimum corpus ⁊ ſanguinem vere ⁊ realiter cōtineri,augeatur meritum fidei noſtrę. Nam fides habet meritum vbi humana ratio nō ꝑbet experimētum,⁊ licet fides ſit inſenſibilium nō eſt tamē ſimpliciter impoſſibiliū. Et ideo primo nō miremur,ſi ſubſtantia panis conuertitur in xp̄i corpus ⁊ vinū in ſanguinē,vel ut melius dicam tota ſubſtantia panis ⁊ vini anihilatur a deo,ſpeciebus ac cōditionibus panis ⁊ vini remanētib. ſub quib. (inuiſibiliter tn̄) vere ⁊ realit̄ xp̄s exiſtit, qm̄ ſi credimus deū ex nihilo creaſſe cęlū ⁊ terrā ⁊ oīa q̄ in eis ſunt,ita de facili credere poſſumus ipſum poſſe ſubſtantiā panis ⁊ vini anihilare remanentib. accidētibus,nō.n.eſt maioris potētię anihilare quā ex nihilo aliquid creare. Nō miremur ſi i inſtāti xp̄s deſcēdit de cęlo a ſacerdote verbis ſacramentalib. ꝓlatis, qm̄ etiā i vno ⁊ eodē inſtāti Abachuc ꝓpha portatus fuit ab āgelo a iudea in Babiloniā,⁊ cibo allato Danieli in momēto repoſitus ē ab eodē in iudea. Nō miremur iſup ſi corp⁹ xp̄i tā magnū ſub tā parua hoſtia cōtinet̄, nec pōt videri nec tangi minuſq; ibi pōderat, qm̄ de rōne corporis glorioſi eſt oībus cōditionib. malib. carere,⁊ certe non ē mirū nā corpus Petri ābulātis ſup aq̄s nō pōderauit, Ferrus quoq; naliter graue Heliſe. fecit natare ſup aq̄s,

Mirabilia multa in [...] taris ſacr[...] mento cō[...] derātur.

Dani.4.

Pręterea Balam non videbat figuram angeli quã
tamen eius Aſina videbat. Pariter diſcipulus Me
4.Reg.7. liſei non vidit exercituʒ magnũ angelorũ quẽ tamẽ
ip̄ſe Meliſeus intuebatur. Ideo non intereſt ſi cor=
Num.22. pus Chriſti non videtur, non ponderat, ⁊ non tan
gitur, licet ſit in hoſtia conſecrata, Non miremur ẽt
4.Reg.6. ſi corpus Chriſti quotidie comeditur, ⁊ tamen nun
quã conſumitur, Qm̃ Rubuʒ quẽ videbat Moiſes
ardebat ⁊ non conſumabatur. Ita corpus Chriſti
a fidelibus ſũmitur ⁊ non cõſumitur, Oleũ quoqꝫ
ĩ lecbito viduę ⁊ farina bidrię, de quibus vix potuiſ
ſent per vnum diem duę perſonę refici, tamen circa
tres mẽſes de illo oleo ⁊ farina cibatus fuit Melias
⁊ vidua cum filio ⁊ non defecerunt, diuina virtutẽ
3.Reg..17. ſic diſponente, Non miremur deniqꝫ ſi hoſtia fran=
gitur ⁊ nõ diuiditur xp̄i corpus, qm̃ illud eſt ſpiri=
tuale ⁊ impaſibile vt liquet de anima quę cũ ſit ſpi
ritualis non diuiditur ad diuiſionem corporis. ⁊c.
Poſtremus buius ſacr. inſtitutiõis finis. Alię etiam aſſignantur cauſe quibus inſtitutum ẽ
hoc ſacramentum, quę ſunt remiſſio peccatorum, re
miſſio pęnę, infuſio gratię ⁊ adeptio finalis glo=
rię cum patre ⁊ filio ⁊ ſpiritu ſancto in ęterna glo
ria. Amen.

¶ Ex pulcherrimo Tractatu de comunione ſub vtraqꝫ ſpecie Undecimum per poſitiones Theologicum prelium

Optima difficultas.

AN populus fidelis participaturus eucbariſtiã, ſub diuino pręcepto eam ſub vtraqꝫ ſpecie ſumere teneatur. Olim hęc difficultas poterat eſſe dubia. Nunc autem poſt determinationẽ Cõcilii cõſtantien. Ueritatem catholicam determinantis, dicere comunionẽ ſub vtraque ſpecie eſſe de neceſſitate ſalutis omni fideli, eſt hęreſis ibidem publice cõdemnata, Ideo ſuperfluum eſt amplius de ea loqui, cũ omni humana probatione maior ſit Eccleſię authoritas, in cuius fidei obſequium intellectum noſtrum captiuare tenemur. Uerum ad cõfundendam falſam modernorũ hęreticorũ aſſertionem, ad intellectũ quoqꝫ huius veritatis ſicut ⁊ cęterorũ fide creditorũ nõ inutile ẽ, neqꝫ pſumptuoſũ aliqua differere, vel ut verius loquar, alia p alios luculenter elaborata comportare, Pro quorũ deductione ſupponẽdũ eſt, qḋ quedã ſunt de neceſſitate ſacramentorum circa eorum miniſtrationẽ ⁊ de iure diuino, ſic quod nulla authoritate vel conſuetudine oppoſitũ induci poſſit. Quedam vero de neceſſitate pcepti iuris humani ⁊ poſitiui, Ut in propoſito, forma conſecrationis certa a Chriſto eſt perſcripta, et materia certa ab eo determinata panis.ſ.

Cur ptrac taẽ hec m teria

Sacramẽ torũ qued ſũt de nec ſitate q̃ da ḋ reuerẽt

⁊ vinuꝫ, ſimiliter ⁊ miniſter puta ſacerdos, In qbus Eccleſia nihil habet immutare nec aliud pót inducere, Multa vero pro ſacramenti reuerentia cõmiſit dñs diſcipulis ſuis ac eorũ ſucceſſoribus determinãda, q̃ pro diuerſitate temporum ⁊ cauſarum circunſtantiarũqꝫ mutationẽ accipiunt. Sicut qđ ad tempus Eccleſia primo cõfecit in azimo pane, inde cauſa emergente celebrauit in fermentato, ⁊ demuꝫ iterum in azimo. Pariter qđ celebretur in Eccleſia ⁊ altari ac vaſis veſtibusqꝫ conſecratis, ieiuno ſtomaco, ⁊ cũ cęteris cerimoniis ac orationibus ex Eccleſię inſtitutione ſancitum eſt. Quę etiã rationabilibus de cauſis Eccleſia mutare poſſet in toto vel in parte, Et mutata ſub p̃cepto tradere cui obedire decet. Uidendum igitur eſt An comunio ſub vtraqꝫ ſpetie ex diuino indiſpenſabili emanauerit p̃cepto, an nõ. Si primũ liquidũ eſt qđ per nullaꝫ Eccleſię conſtitutionẽ, aut contrariã conſuetudinẽ (q̃ magis corruptela foret) tolli poſſet, Si ſecunduꝫ tunc in dubiũ non venit, quin ex rationabilib. cauſis mutari poſſet, pro quo ita cõcludendũ eſt.

Prima Concluſio.

In Luttberanos

NEgamus comunionem eucharistię ſub vtraqꝫ ſpetie generaliter omnibus fidelibus indiſpenſabiliter p̃ceptam a xp̃o fuiſſe.

Claret hęc concluſio, q: hoc xp̃i p̃ceptuꝫ vel colligeretur ex huius ſacramẽti inſtitutione, q: ſub duplici ſpetie ipſum inſtituit. Aut ex eius diſpenſatione, q: ſuis diſcipulis diſpenſauit. Aut ex manifeſto p̃cepto qđ vel ante inſtitutionem, Aut in ipſa cena Aut poſt cenam dedit, ſed nullum horum dici pót, ergo cõcluſio vera conſequẽtia nota, ⁊ añs liquet ex ſufficienti diuiſione. Nam alius modus ab illis nõ

Fortiſſima p cõcluſionis veritate ratio.

eſt dabilis, Tertium nanq; dari non poteſt, quia nullu; tale pceptum legitur dominus dediſſe neq; per ſe, neq; per apoſtolos. Nec primũ aut ſecũdum q; licet ſub vtraq; ſpetie inſtituit ⁊ diſcipulis diſpẽſauit (quos iam in ſacerdotes ordinauerat dñs) eucbariſtię ſacramentum, Ex illo tamẽ conuinci nõ poteſt quod ſic ab omnibus ſumi debere omnibus demandauerit. Multa quippe in huius inſtitutione, ⁊ diſpenſatione qua diſcipulis ſuis ſumendum tradidit, obſeruauit, quę per hoc nec eis vniuerſaliter, nec alijs generaliter obſeruari mandauit, vt ex deducendis apparebit; Sicut ⁊ quedam diſcipulis ⁊ eorum ſucceſſoribus ſpecialiter, ⁊ nõ omnibus fidelibus tradidit Nam ſolos diſcipulos tunc pſentes ſacerdotes ordinauit dicens, hoc facite. ⁊c.

¶ Ipſi deniq; diſcipuli ſacerdotes ac eorum ſucceſſores pſbiteri, Non ex facto Chriſti ſed Eccleſię mandato ad ſumendũ ſub vtraq; ſpetie ſunt obligati; Chriſtus igitur diſtribuit diſcipulis ſuis ſub vtraq; ſpetie corpus ⁊ ſanguinem non tamen ordinauit aut pcepit quod ipſi cęteris quibuſcunq; ſic miniſtrarent ⁊c.

¶ Pręterea Chriſtus plus de pane loquitur quã de calice pluriesq; ſolius panis meminit quã calicis, Nam in euagelio Joãnis inquit hic eſt panis q de cęlo deſcẽdit, ⁊ ſi quis mãducauerit ex hoc pane viuet in ęternum. Ego ſũ panis viuus qui de cęlo deſcendi, ⁊ panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. 2. Ratio. Joannis .6

¶ Item euntibus diſcipulis duobus in Emaus ſub ſola ſpetie panis dedit eis Chriſtus ſacramentũ teſte Augu. libro tertio de conſenſu Euangeliſtarum ⁊, Chriſoſtomo ſuper Matth. Luce. 24.

Matth.6. ¶ Pro inde oramus quotidie panem noſtrum ſuper ſubſtantialem da nobis hodie, qui non tantum pro quotidiano pane quã pro eucbariſtię ſacramẽto intelligi poteſt.

Actuũ.2. ¶ Inſuper in actibus legitur, qđ erant perſeuerãtes in doctrina Apoſtolorum ⁊ communicatione fractionis panis.i.eucbariſtię, vbi nulla fit mentio de ſũptione calicis.

1.Corint.5 ¶ Deniq; apoſtolus, Paſcha noſtrũ imolatus ẽ Chriſtus. Itaq; epulemur in azimis ſinceritatis ⁊ veritatis.

¶ Moderniores aduerſanť hęretici.

Ioãnis.6. PRimo ait xp̃s Niſi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius ſãguinem nõ habebitis vitam in vobis, ergo neceſſe eſt xp̃i manducare carnẽ, ⁊ bibere ſãguinẽ, ⁊ ex cõſequẽti ſub utraq; ſpetie ſumere ſacramentum.

¶ Secundo Chriſtus inſtituit ſub vtraq; ſpetie, p̃cepitq; poſt calicis traditionẽ dicens hoc facite quotienſcũq; bibetis in meam comemorationẽ.

1.Corin.11 ¶ Tertio hoc idem aſſerit Apoſtolus dicens, Probet autẽ ſe ipſum homo ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Ideo hic fuit mos ⁊ ritus in Eccleſia primitiua, vbi ſub vtraq; ſpetie comunicabãt.

¶ Catholicorũ Reſponſiones.

AD primũ dicendum eſt qđ ibi xp̃s loquitur de manducatione ⁊ bibitione ſpirituali quã manducatio ſacramentalis exigit, vel aliter dico, ⁊ forte melius qđ vt deſe liquet ibi xp̃s non intendit hominẽ debere ſuam manducare carnẽ ⁊ bibere ſanguinem, ſub ſpetiebus ⁊ accidentibus carnis ⁊ ſanguinis, ſed alienũ ab omnibus corporeis conditionib. vt in p̃cedenti tractatu oſtẽſum eſt. Ideo qui digne

ſumit

ſumit panē cōſecratū ſacramētaliter, ⁊ ſpiritualiter carnem māducat ⁊ ſanguinem bibit, idcirco laicus ſub ſpetie panis bibit etiam ſanguinem, non autem ſub ſpecie propria, ſed ſub ſpecie panis ⁊c.

¶ Ad ſecūdum dicendū eſt, ꝑut oſtenſū eſt ſupra, Chriſtū cōſecrādo inſtituiſſe ſacramētū ſub vtraq; ſpetie ⁊ dediſſe apoſtolis quos iā in ſacerdotes ordi nauerat, non tñ p̄cepit vt ipſi ceteris quibuſcūq; ſic miniſtrarent, imo nec de aliquo ipſoꝝ legit̄ qḋ hu= iuſmodi comunionē ſub duplici ſpetie praticauerit quo ad laicos, vel qḋ ipſis p̄ceptū de ſic comunican= do ſit traditū. Ad illud autē qḋ immediate ſubdit hereticus.ſ.qḋ poſt traditionē calicis p̄cepit dñs dicens. Hoc facite ⁊c. Dico qḋ ibi Apl's recitat fa= ctū xp̄i nō aūt p̄ceptū imponit, ſed tm̄ xp̄s ad paſſio nis memoriā comunicātes ⁊ ꝓficiētes hortabat̄ ⁊c.

¶ Ad tertiū dr̄ qḋ ibi Apl's narrat Cor. qualiter ſub duplici ſpetie xp̄s hoc ſacramētum inſtituit di cēs. Ego.n.accepi a dño qḋ ⁊ tradidi vobis, qm̄ do minus Jeſus in qua nocte tradebat̄, Accepit panē ⁊ gratias agens ⁊c. Et poſt, ſimiliter ⁊ calicē poſtq̄ cenauit ⁊c. Deinde qr vſus fuerat Corint. ſub du plici ſpetie comunicare, quē ritū ipſe nō interdixit ſed permiſit, cū in nullo erat cōtrarius euangelio, ipſos exhortādo vt comunicēt i memoriā paſſionis dñice ſubiunxit. Quotiēſcūq; māducabitis panē hunc ⁊ calicē bibetis mortē dñi anūtiabitis donec veniat.ſ.ad iuditiū. Nec ex toto illo proceſſu Pauli elici pōt qḋ de ſumptione corporis ⁊ ſanguinis ſub duplici ſpetie dñs dederit p̄ceptū oībus ſic mandu candi ⁊ bibendi. Nec etiā trahi poteſt qḋ ipſemet Paulus hoc p̄ceperit ſed (vt dictū eſt) narrans fa ctum xp̄i in cena hortat̄ vt dū ipſi māducāt ⁊ bibūt

Uera vbo rū Pauli i telligentia

de morte ⁊ paſſione Chriſti recordentur, Quod ſi Apoſtolus ipſe comunicationē corporis ⁊ ſāguinis ſub vtraq; ſpetie neceſſariā eſſe fidelibus ad ſalutē ex pͤcepto reputaſſet, certe doc expreſſius ſcripſiſſet tam Corinth. quā aliis fidelibus quibus ſuas trāſmiſit Epſtiolas tum maxime Romanis, qui caput mundi erant.

Alia ad idē reſponſio. ¶ At etiam dato quod ceteri Apoſtoli ⁊ fideles i primitiua Eccleſia comunicauerit ſub vtraq; ſpetie Quod tamen non legitur. ſed neq; conſtat hunc ritum fuiſſe totius Eccleſię vniuerſaliter, Licet legatur in multis particularibus eccleſijs obſeruatus, tamen tunc ſic comunicabant propter Chriſti factū. Non propter Chriſti pͤceptum quaſi ad hoc de neceſſitate ſalutis fuerint obligati. Non. n. (vt dictū ē) factū xp̄i obligationē ſemper inducit ad ſimiliter faciendū, ſicut in multis ē videre, ipſe. n. multa operatus eſt miracula, in quibus eū imitari nec obligamur nec poſſumus, Pariter opera ſupererogationis ⁊ perfectionis in ſūmo virtutis gradu exercuit vt in altiſſima paupertate, in virginali clariſſima caſtitate, in quadraginta dierū abſtinētia ⁊ ieiunio vitam durit, Paſcha cū diſcipulis mādūcauit, ⁊ poſt cenam diſcipulos comunicauit, Ad quorū aliorūq; plurimorū imitationem minime obligamur. Unde

Confirmat ratio. eccleſia ex legitimis cauſis aliqua horū ſtatuere pōt Similiter ab huiuſmodi obſeruantiis ceſſare ⁊ potuit ⁊ debuit rationabilibus cauſis aduenientibus. Nā in primitiua eccleſia erat omniū credentiū cor vnū ⁊ aīa vna. Nec quiſquā eorū q̄ poſſidebat aliqd ſuū eſſe dicebat, Sed erant illis omnia cōmunia,

Act. 4. Nec poſſeſſiones habebant ſed habitas vendebant ponentes pͤcia ad pedes Apoſtolorum, Et tamē ex

hoc non omnes fideles ad ſimilia obligantur, Item in primitiua eccleſia ſacerdotes ⁊ leuite vxores habe bant teſte Apoſtolo, ⁊ tamen nunc nõ licet, Ita in ꝓpoſito dicendum eſt qđ licet ritus ille cõmunio nis ſub vtraq; ſpetie fuerit in primitiua ęccleſia vni uerſaliter obſeruatus (quod tamẽ probari non po teſt) Eccleſia tamen laudabiliter ceſſare potuit pro pter diuerſa pericula q̃ multiplicato fidelium nume ro conting̃ poſſunt. Et ita ceſſaſſe creditur, vſuſq; comunicandi ſub vna ſpetie panis ad laicos ⁊ ſacer dotes non celebrantes introductus, Et taliter ho die a cunctis fidelibus obſeruatur per totaʒ eccleſiã occidẽtalem (exceptis paucis ſchiſmaticis qui ſe ab huiuſmodi generali obſeruantia ſubtrahunt in pe riculũ ⁊ ſuarũ animarũ damnationẽ) contra gene rales Eccleſię determinationes factas in Cõciliis vniuerſalibus Cõſtãtien. ⁊ Baſilien. Neq; vſus il le ſub vna ſpetie comunicandi nouus eſt, Immo an tiquus, tantiq; tẽporis qđ ipſius initiũ neq; eſt in memoriis hominũ, neq; in ſcriptis doctorũ, nec in ãnalibus ſcribentiũ reperitur, Valde igitur impiũ eſt ⁊ preſũptuoſum contra tam vetuſtiſſimã ſanctaʒ atq; rationabilem eccleſię traditionem ita nequiter loqui ⁊ ſcribere. Qua de re ponitur hęc

1. Thimo. 3

Item cõfirmatur.

Iterũ cõfirmatur.

¶ Secunda Concluſio.

SAnctiſſimum Chriſti corpus in eucharìſtię ſa cramento ſimplicibus ſecularibus Chriſti fide libus nõ dari ſub vtraq; ſpetie, Eccleſia ſancte ⁊ lau dabiliter ſanciuit. ⁊c.

¶ Hęc Concluſio per rationabiles cauſas, quas cãcellarius Pariſien. Gerſon aſſignat in tractatu ſuo quẽ de hac materia ĩ cõcilio cõſtan. ſcripſit põt ita laudabiliter pſuaderi, Primo vt euitet picul̃

Non decet laicos ſumere ſub vtraq́ʒ ſpetie eucbariſtiam.

diſtillationis ⁊ effuſionis ſanguinis Chriſti, q non niſi cū maxima cautella ac prouidentia eſt tractandus propter fluxibilitatem ſpecierum vini ſub quibus continetur, que de facili poſſunt effundi, Preſertim in tanta pſſura ⁊ multitudine comunicantiū, cū ad communicandū perſepe conueniunt homines tremuli, barbati, infirmi, iuuenes, q ſatis prouide ſanguinem ſumere non poſſunt, quin de facili peccata ⁊ pericula grauia ſequerentur, Quantum auteʒ peccatum, ⁊ quā graue ſit ſtillatio ⁊ efuſio ſanguinis Chriſti ſatis declarat pnītētia ſacerdoti iniungenda, p cuius negligentiā gutta ſanguinis cadit in terram vel alibi, iuxta decretum Pii Pape, qđ ponitur de cōſecratione diſtinctione ſecunda, Si p negligentiam, Ubi pcipitur qđ cū de ſanguine aliqd ſtillauerit per negligentiā ſacerdotis ſuper terram, lingua labetur, tabula radetur, ⁊ raſura igne conſumetur. ⁊c. Et vt infra dicitur, ſacerdos quadraginta diebus pniteat, Tot diebus ieiunando ⁊ a celebratione abſtinendo. Si ergo tali negligentia accidente terra debet lambi, radi, ⁊ poſt raſuraʒ in ignē proici ⁊ comburi. ⁊c. Nunquid pepla mulierum ⁊ barbe virorum Chriſti ſanguine mandidata ignib. veniunt tradenda? Pnitentiam deniq́ʒ talem laici non ſine grauamine ⁊ contradictione ſuſciperent ⁊ ferrent, Rationabiliter igitur ⁊ caute ordinauit Eccleſia comunionem ſub ſpetiebus panis tantum percipi debere quo ad laicos, ⁊ vt irreuerentia, ⁊ periculum euitetur, populusq́ʒ taʒ graui pnitentie non exponeretur, Maxime cum omnem fructum interiorem conſequantur ex ſūptione corporis ⁊ ſanguinis ſub vna ſpetie ſicut ſub duabus, ex qua

Pena pro effuſione xpi ſanguinis iniūgenda.

conſtitutione Pij Pape liquet quod cõſuetudo comunicandi ſub vna ſpetie eſt vetuſtiſſima ⁊ ab antiquo in Eccleſia ſeruata, Nam Pius decimus fuit Papa poſt beatum Petrum vt refert Aug. ſeditqꝫ in cathedra Petri circa Annũ domini centeſimum quinquageſimũ tertiũ.

¶ Secundo periculum fuiſſet in cõſeruatione ſpecierum vini pro infirmis, pro quibus ſemper parata haberi debet eucariſtia, vt dicitur de conſecratione diſtin. 2. de cuius cauta cuſtodia habetur in eadem diſtinctione. Periculum quidem in conſeruando ne verterentur in acetum, ⁊ ita deſinerent eſſe ſacramentum, Ne congelarentur in hieme, Ne bibiones ⁊ muſce generarentur ĩ eſtate, aut alias ſpecies corrumperentur, Quãtumcumqꝫ vas obſtrueretur ⁊ ita aut redderentur ad ſumendũ abominabiles, aut ſi ſpecies vini corrumperentur, daretur infirmo occaſio idolatrandi ⁊ ſumendi pro ſacramento qđ non eſſet ſacramentum, Periculum deferendi quãdoqꝫ etiam in equis ad loca remotiora vbi cadere poſſet ſacerdos ſiue eques ſiue pedes. 2. Cauſa

¶ Tertio Queritur in quo vaſe fieret tanti vini cõſecratio, quod ſufficeret pro decem aut viginti millibus perſonarum paſchatis tempore, Paupertas nãqꝫ multarum Eccleſiarum non poſſet de tam bono rabili vaſe prouidere, propter igitur euaſionem tantorum periculorum rationabiliter ita Eccleſia ſanciuit. Cur igitur tã vetuſtiſſime ⁊ laudabili Eccleſię ordinationi Lutherani cõtradicere audẽt? 3. Cauſa

¶ Quarta inſuper cauſa fuit ceſſationis ab huiusmodi ritu, vt .ſ. tollerentur errores qui ex comunione ſub vtraqꝫ ſpetie orti fuerunt, ⁊ oriri poterunt, 4. Cauſa.

Credere enim poterat cōmunis populus ex tali cō munione Chriſtum non eſſe totum verum ⁊ perfectū hominē ſub vna ſpetie nec tantū eſſe ſub vna quantum ſub duabus, ſicut multi hæreticorū de facto aſtruxerūt. Neſtorius.n.ſub ſpetie panis tantum corpus Chriſti eſſe dogmatiſabat ſine ſanguine, ⁊ ſub ſpetiebus vini tantum ſanguinem ſine corpore pro eo, quod in paraſceue corpus fuit ſeparatū a ſanguine, q̄ ratio nihil arguit, cū talis ⁊ totus ſit Chriſtus in ſacramento ſub vnaquaq; ſpetie, qualis eſt in ſua naturali conſiſtentia.

5. Cauſa. ¶ Quinto ad tollendum errorem ꝙ communio ſub vtraq; ſpetie ſit laicis de ſalutis neceſſitate quē quidam deducerunt (ſicut nunc moderniores hæretici ex verbis Chriſti. Niſi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis, vt in principio oſtenſum eſt. Sic refertur de Pellagio, qui occaſione horum verborum paruulis ſtatim poſt baptiſmū, corpus ⁊ ſanguinē ſub vtraq; ſpetie miniſtrauit, quod etiā nūc Lutherani facere deberent ſi verba illa vniuerſaliter ⁊ literaliter intelligi volunt. Aiebat inſuper Pellagius quod ſi ſpetiem panis deglutire non poterant infantes, ipſam cum ſpetiebus vini eſſe permiſcendam, vt ita funderetur in ora puerorum, Et ſi fortaſſis quiſpiā eieciſſet, dicebat id eſſet comburendum, innitens illi in Exodo ſiquid reſiduū fuerit comburetis. Multi præterea vltra Pellagianos errantes occaſione præfati textus Joan. 6. non ſolum viuis ſub vtraq; ſpetie corpus ⁊ ſanguinem domini miniſtrabant, ſed etiam defunctis, vt refert Beda in homilia ſuper Mattheum, Ecce quantum no

cet mala ſcripturarum intelligentia.

¶ Ad hor ū ergo errorum extirpationem ⁊ ſimi- lium laudabiliter Eccleſia ceſſauit a prefato modo cōmunicandi ſub vtraq; ſpetie, etiam ſi ad tempora continuaſſet eūdem, ſicut in ſimili quādoq; ceſſa- uit ad tempus conſecrare in azimo, propter errorē eorum qui dixerunt legalia cum euangelio eſſe ob ſeruanda ac neceſſarium eſſe in hoc Chriſtianos iu daizare, quales fuerunt Ebionite, Et vt hunc erro- rem tolleret precepit tempore Leonis Pape conſe crare in fermentato, ad oſtendendā libertatem euā gelij non obſtante quod Chriſtus ɔfecit in azimo. Et inde errore extirpato reddit Eccleſia ad conficiē dum in azimo, vt alibi habitum eſt. Ex quibus om nibus liquet veritas noſtrę concluſionis, pariter ⁊ totius tractatus quare ⁊c.

Hic ex di- ctis ɔcludi- propoſitū.

¶ De matrimonij ſacramẽto duodecima per vnicam concluſionem ſubtiliſſima contentio.

¶ Concluſio Prima.

Matrimoniū legitime celebratum eſſe Eccleſię ſacramentū ſcripturarum teſtimonijs fateri tenemur.

¶ Et pro primę rationis fundamento ſciendū eſt, qđ matrimoniū vt ſcripturarū veritas atteſtatur, triplici de cauſa fuit a deo inſtitutū & ordinatum. Primo propter mutuā ſocietatē mutuūq; amorē, propterq; naturalē hominis felicitatē, qđ ſic oſtenditur. Nam deus primo formauerat hominē, & ſpirauerat in eo ſpiraculū vitę, ſed facto viro ſine femina dixit. Nō eſt bonū hominē eſſe ſolum, faciamus ei adiutoriū ſimile ſibi, Et ſequit̃ poſtea ſcriptura. Ade vero nō erat adiutoriū ſimile ipſi. Miſitq; dominus ſoporē in Adam, Tulitq; vnam de coſtis eius, & repleuit pro ea carnē, & ędificauit coſtam in mulierē, & adduxit ad Adā, vnde ſurgens Adam a ſopore dixit. Nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea, propter hoc dimittet homo patrē & matrē & adherebit vxori ſuę, & erunt duo in carne vna &c.

Gen.3.

¶ Ex qbus verbis patet qđ cōiugium de primaria intētione fuit a deo inſtitutū ꝓpter triplex bonū.ſ. ob mutuā ſocietatē mutuūq; amorē, ac mutuū adiutorium & obſequiū, Sine qbus nulla poteſt eſſe felicitas quoniā ſine ſocio nulla ē iocūda poſſeſſio. Iſta ergo tria bona ſufficiunt ad verū & perfectum matrimoniū ꝓpter hominis felicitatē, Et hęc ſiquidē fuit primaria cauſa inſtitutionis cōiugij.

Prima inſtitutiõis matrimonij cā

¶ Secūdo fuit matrimoniū inſtitutū ꝓpter bonū prolis ad ↄſeruationē ſpeciei ⁊ naturę lapſę, necnō ad reſtaurādã angeloꝝ ruinā, Unde videns deus ſedes cęleſtes vacuas ex angeloꝝ ruina ꝓuidenſq; hoīem peccaturū, ac ꝓpter peccatū moriturū. Ideo ne ſpecies periret humana, ⁊ vt numero hominum electoꝝ ac iuſtoꝝ, ruina reſtauraret̃ angeloꝝ, dedit eis generationē benedictā dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā, Et tunc cōiugiū dictū eſt matrimoniū ratione prolis, inde matrimoniū illud fuit ſacramentum ratione dei benedictiōis, Deus nāq; primo creauit lucē ⁊ diuiſit eā a tenebris, appellauitq; lucē diem, ⁊ tenebras noctē, nec tamē benedixit lucē neq; diem, Creauit inſuper firmamentum, ſoles, lunā, ſtellas, pariter ⁊ elemēta, nec tamē ſcribitur ꝙ benedixerit eis. At vbi ventū eſt ad ea q̃ fęcūditatis erant habitura ſemen, benedixit eis dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terras ⁊c. 2. Cauſa.

¶ Quibus viſis ſic formaẗ ratio, Benedictio enim dei ad creaturas nūquā eſt ſine gratia ſm ipſarum creaturarū habitudinē ⁊ diſpoſitionē. Si.n. creaturę ſunt tantū habiles atq; capaces gratię gratis datę, vt animalia irrationalia, tantū illa benedictione benedicūtur, ſuſcipiuntq; dei benedictionis gratiā ſecūdū eoꝝ diſpoſitionē ⁊ capacitatē. Si autem creaturę ſunt habiles ſimulq; capaces gratię gratum facientis, cū benedicūtur a deo talem ſuſcipiūt gratiā. Cū igiẗ deus benedixit Adę ⁊ Euę dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊c. Claret qḋ huiuſmodi benedictio nō fuit ſine gratia gratū faciente, cuius illi ꝑmi parētes erāt habiles ac capaces, Quid eſt.n. deum benedicere homines, niſi ei remittendo peccata, ſuā cōdonare gratiam? Benedicto quippe Incipit prima authoris ratio.

Nūquā eſt dei benedictio ſine grā

dei nihil aliud ē quā remiſſio peccati ⁊ collatio gratię, quare ſi matrimoniū fuit a principio inſtitutū cū ſuia dei benedictione, nō fuit alienū a gratia, ió cōſequens eſt dicere ipſum fuiſſe ſacramentū quod eſt ſacrę rei ſignū .ſ. gratię. Ex quibus liquet quod primi parentes iā erāt veri cōiuges ante datā generationē, ⁊ ſic cōiugium fuit perfectū ſacramentum pter datā generationē. Item ſequit̄ etiā qd̄ gene-

Ex dictis multa ſequuntur.

ratio de primaria intentione fuit data ad reſtaurandam angelorū ruinā, Et ideo data fuit cū benedictiōe. Quare pmi parētes ante peccatū genuiſſent ſine libidine, Et per ꝯñs filios ſanctos, q perpetuā tes vitā in ſanctitate per eſū ligni vitę poſt longū tēpus fuiſſent tranſlati in vitā meliorē ad reparandam angelorū ruinā. Ex ꝯſequēti etiā liquet quod data fuit generatio in coniugio ad humanę ſpeciei cōſeruationē, ne periret ꝓpter indiuiduoꝝ mortē. Sed q̄ generatio q̄ ante lapſum fuerat data benedicta, poſtea propter peccatū fuit maledicta ⁊ vitiata libidinis morbo. Unde prouenit corruptio in tota generatione humana propter qd̄ peccatū carnis venit diluuiū ſup terram. Ideo poſt diluuiū deus iterum confirmauit matrimoniū dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram.

Gen.8.

3. Cauſa.

¶ Tertio igitur fuit inſtitutum matrimoniū poſt peccatum ⁊ diluuium in remediū libidinis ad euitandum carnis peccatum vt inmediate ſupra dictū eſt, Ideo dicit Paulus, Unus quiſq; propriā vxorem habeat propter fornicationem. Ex quibus omnibus patet quod aliquando fuit verum ⁊ perfectū coniugium ſiue matrimonium ſine generatione, Et hoc eſt qd̄ cōmuniter dicūt doctores, q̄ copula carnalis nō eſt de eſſentia matrimonij, ſed tantū cōſen

1. Cor.7.

ſus viri ⁊ mulieris, iõ primus cõſenſus facit matri=moniũ etiã ſi nũquã concurreret copula carnalis.

¶ Patet deniqꝫ qđ aliquãdo fuit verum matrimonium ſine libidine, qđ cum a principio fuiſſet inſtitutum a deo cum benedictione liquet ipſum eſſe ſacramentum. Ideo ⁊c.

¶ Preterea pro eadẽ concluſione ſic fortius arguo ſacramentũ.n.quodlibet, vt cõmuniter aſſerũt oẽs ẽ ſacre rei ſignũ, liquet de baptiſmo, ⁊ eucbariſtia. Matrimoniũ aũt eſt ſacre rei ſignũ, igiƭ matrimo=niũ eſt ſacramentũ, cõſequẽtia eſt nota cuꝫ maiore, At minor probatur, quoniã matrimoniũ eſt ſignũ deſpõſationis Chriſti cum Eccleſia per fidem gra=tiam ⁊ finaliter per gloriam, igitur, antecedens patet p illud Pauli ad Ephe.5. Ibi.n. Apoſtolus cõparat virum Chriſto ⁊ vxorem Eccleſie. Primo autem ad vxores loquitur dicens. Mulieres viris ſuis ſubdite ſint ſicut domino, quoniã vir caput eſt mulieris, Sicut Chriſtus caput ẽ Eccleſie, Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto. Ita ⁊ mulieres viris ſuis in omnibus. Ad viros vero Apoſtolus ait. Viri diligite Vxores veſtras ſicut ⁊ Chriſtus dilexit Eccleſiam ⁊ ſemetipſuꝫ tradidit pro ea vt illam ſanctificaret. Item relinquet homo patrem ⁊ matrem ⁊ adherebit vxori ſue, quẽadmodum Chriſtus exiuit a patre ⁊ venit in mundum ad Eccleſiam ſponſam. Item erunt duo in carne vna, ideſt due anime in eadem carne vt liquet per illud quod immedia=te ſubdit Apoſtolus dicens. Viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua, qui ſuam vxorem dili=git ſeipſum diligit. Nemo enim vnquã carnem ſuã odio habuit ſed nutrit ⁊ fouet eam, ergo caro viri ⁊ vxoris eſt vna caro.

Secũda p. eodẽ matrimonij ſacramẽto ratio.

Ephe.5.

Apli cõparatio inter virũ ⁊ mulierẽ inter Chriſtuꝫ ⁊ Eccleſiam.

1.Corith.7 ¶ Preterea ille idē ad Corint.ait. Mulier sui cor=
poris poteſtatē nō bēt ſed vir, ſimiliter aūt ⁊ vir sui
corporis poteſtatē nō babet, ſed mulier, ideo corpus
1.Cor.6. viri ⁊ mulieris eſt idem corpus, Paulo.n.ante dixe
rat, an neſcitis qm̄ q adheret meretrici vnū corpus
efficit̄ Erūt.n.ingt duo ī carne vna, tāto magis q ad
heret vxori ſuę corpus viri ⁊ vxoris efficit̄ vnū cor=
pus. Sic xp̄s ⁊ eccl'ia ē vnū corpus, q2 mēbra ſumus
corporis eius cū ſit ipſe caput ⁊ de carne eius ⁊ de
oſſib. eius, vt idē apl'us ibidē ait Neſcitis qm̄ cor
pora vr̄a mēbra ſunt xp̄i, Ecce admirabilis cōpara
tio inter virū ⁊ xp̄m, interq3 vxorē ⁊ Eccl'iā, quare
cōcludit Apl's ibidē ad ephesios, ſacramētū hoc ma
gnū ē, Ego aūt dico in xp̄o ⁊ in Eccleſia vt euidēter
oſtēdat matrimoniū eſſe ſacramentū, q2 eſt ſacre rei
ſignū.ſ. deſponſationis xp̄i cū eccl'ia p fidem, gratiā,
⁊ charitatē, nec valet qđ ſacramētū latine grece legi
tur miſteriū, Qm̄ omnia ſacramenta ſunt miſteria,
Nec eſt putandū Apl'm per ſimilitudinē fuiſſe locu
Hiere. 13. tū, Nā Hieremias de matrimonio loquēs ait Ho
norabile cōnubiū in omnibus, thorus immaculatus,
Macula quppe nō careret thorus, ſi nō adeſſet gra=
tia ſacramenti.

¶ Proinde cōfirmatur p eundē ad Corinth. dicēs
1.Cor.7. Siqs frater vxorē babet infidelē, ⁊ hęc cōſentit ha
bitare cū illo, nō dimittat illā, Et ſiqua mulier fidelis
virū babet infidelē, ⁊ hic conſentit habitare cū illa,
nō dimittat illū, Sāctificatus eſt.n. vir infidelis p
mulierē fidelem ⁊ e cōuerſo. Alioquin filij veſtri in
mundi eſſent, Nūc autē ſancti, Si igit̄ ex matrimo
nio ſanctificatur vir infidelis per mulierē fidelē, ſi
lij quoq3 qui naſcuntur dicunt̄ ſancti, liquet matri
Joānis .2. moniū eſſe ſacramentū, Rurſus xp̄us in nuptiis in

cana galileę celebratis suũ primũ miraculũ opera-
tus é, ad ostẽdendũ matrimonij dignitatẽ. Deniq3
legitur de Sarra filia Raguelis, q̃ tradita fuit septẽ
viris, qui ⁊ mortui sũt, nã demõ occiderat illos, an
gelus aũt Raphael admonuit Tobiã iuniorẽ di-
cens; Audi me ⁊ ostendam tibi, qui sunt q̃bus p̃ua
lere põt demoniũ. Hi namq3 q coniugiũ ita susci-
piũt, vt deũ a se ⁊ a sua mente excutiant, ⁊ suę libidi
ni ita vacent sicut equs ⁊ mulus q̃bus nõ est intel
lectus, Habet potestatẽ demoniũ sup eos, Tu aũt
cũ acceperis eam ingressus cubiculũ, p tres dies cõti
nens esto ab ea, Ipsa aũt nocte incenso iecore pi-
scis fugabitur demoniũ, Secunda vero nocte in co
pulatione sanctorũ patriarcharũ admitteris, Ter-
tia aũt nocte benedictionẽ cõsequeris vt filij ex vo-
bis procreentur incolumes, Trãsacta aũt tertia noc
te accipies virginẽ cũ timore domini, amore filiorũ
magis quã libidinis ductus, vt in semine Abrae be
nedictionẽ in filiis cõsequaris. Ex his igit omnib.
tum pp illos .7. viros occisos a demone, q velut equi
⁊ muli ingressi erant ignorantes sacrũ matrimonij
misteriũ, tum pp iecoris sacrificium figurãs sacri-
ficium missę, qd ante matrimonij cõsecrationẽ cele
brari debet, tum ob continuam orationem, tu3 pp
dei ⁊ angeli benedictionẽ acceptatã, Tum demum
pp occulta misteria ibide3 operata, manifeste cõstat
matrimoniũ esse admirabile sacramentũ, Alia vero
quãplura de matrimonio doctissime ptractat An
gelus capriolus Brixiẽsis carmelita, in libello quẽ
merito stellam appellat. ⁊c.

❡Ex curioſiſſimo Tractatu de purgatorio Terciadecima per vnicam Concluſionē validiſſima dimicatio.

Concluſio Vnica.

QVoniam non ſemper cum remittitur culpa remittit̄ ⁊ pęna. Ideo purgatoꝛium tam in hoc ſeculo quā in futuro realiter dari vere, pie ac catholice a nobis ſuſtentādum venit.

❡Hec concluſio ſic poteſt oſtendi, qꝛ licet hoc nomen purgatoꝛium in ſcriptura ſacra literaliter non reperiatur, quēadmodū etiam excellentiſſimus doctoꝛ Joānes ecchius apertiſſime oſtendit, Nam omnes partes inferioꝛes in quibus anime detinentur, inferni nomine appellantur, ſicut ⁊ viciſſim cęlū dicitur quicqd' ſupꝛa nos eſt. Nec tantū cęlum ſanctoꝛum, ſed ⁊ oꝛbes ſolis ⁊ lunę, ipſumqꝫ interdum aerem cęlum vocamus, ſicut de ſemine loquitur in Euangelio Dominus, volucres cęli (hoc eſt aeris) venerunt ⁊ arripuerunt illud, Ita ſcriptura infer-
Matth. 13. num vocat omnē illum locū, qui animas poſt moꝛtem accipit, vt limbū, purgatoꝛiū, locum paruulorum, infernum damnatoꝛum .⁊c. Ideo hoc nomen infernus non ſemper ſumitur pꝛo loco damnatoꝛum, ſed interdum pꝛo limbo patrum, Quādoqꝫ vero pꝛo purgatoꝛio. ſ. pꝛo pęna peccati tam in hoc ſeculo quam in futuro, Et hoc quidem claret in ſcri-
Pſal. 17. pturis, Ait. n. Dauid Circundederunt me gemitus

mortis, et dolores inferni circundederunt me. In tri bulatione mea inuocaui dominum ꝛc. Non eſt aũt hoc intelligendum de inferno damnatorũ. In quo nemo clamat ad dominuꝫ ſicut idem ait. In infer‑ no quis confitebitur, Alio etiam in loco ſic inquit domine deus meus clamaui ad te, et ſanaſti me, Edu xiſti ab inferno animam meã, Liberaſti me a deſcen dentibus in lacum. Pſal.6. Pſal.29.

¶ Item eruiſti animam meaꝫ ex inferno inferiori Neqꝫ vero eduxit eum ab inferno dãnatorum, vbi nulla eſt redemptio, Iterum alibi dicit, Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos, Uerum tamen deus redimet animã meam de manu inferi cum acceperit me, Liquet etiã qđ ibi propheta non loquitur de inferno damnatoruꝫ, Preterea Jacob patriarcha q vendito a fratribus Joſeph, ipſiusqꝫ veſte ſibi monſtrata cõſperſa ſanguine, Cũ cogita‑ ret ferã peſſimam deuoraſſe illum dixit, deſcendam ad filium meum lugens in infernum, Nemo auteꝫ ſuſpicari debet, patriarcham illum ſanctum et pro‑ phetam voluiſſe ad infernum damnatorũ deſcende re, Sed neqꝫ crediſiſſe filium ſuum in eo eſſe, Lim bũ igitur vel purgatorium intellexit, et ſicut ibi lim bus, inferni nomine accipitur, ita in ſuperioribus pſalmorum locis purgatorium intelligit propheta, qđ inde colligi poteſt qꝛ pęna ibi acerbiſſima me‑ moratur quę in limbo non fuit, de huiuſmodi etiã inferno locutus eſt Job dicens, Quis mihi hoc tri buat vt inferno protegas me, et abſcondas me do‑ nec tranſeat furor tuus, et conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei. Non hoc vtique de inferno dictum eſt damnatorum. Sed de purgatorio in‑ quo ſui meminiſſe rogat ille dominũ, ſibiqꝫ peccatũ Pſal.85. Pſal.48. Geneſis.37 Job.14.

(hoc eſt peccati pęnam) dimitti, de quo etiam ali
Job.10. bi ait. Dimitte me dñe vt plangam paululũ dolo
rem meũ antequã vadã ⁊ nõ reuertar ad terrã tene
broſam ⁊ opertã mortis caligine ⁊c. De illo ſuper
Pſal.166. Dauid inquit, Clamauerũt ad dominũ cũ tribula
rentur, ⁊ de neceſſitatib. eorũ liberauit eos, ⁊ edu
xit eos de tenebris ⁊ vmbra mortis ⁊ vincula eorũ
diſrupit, q̃ quidẽ verba nõ niſi de limbo vel purga
torio intelligi poſſunt.
2. Ratio. ¶ Secũdo ⁊ fortius pro eadẽ ɔcluſione ſic arguo.
Si.n. nõ daretur purgatoriũ vel locus in quo fide
liũ peccata purgãtur poſt hanc vitã, de quibus ipſi
nullã egerunt pęnitentiã dum erant in via, ſeque
retur q̃ deus quoties remitti t culpas remitteret ⁊
pęnam, cõſequens autem eſt falſum, diuinęq; repu
gnat ſcripturę, ac veritati diſſonat, igitur ⁊ aña, cõ
ſequẽtia vero probatur, quoniã multi fideles pecca
tores perſeuerant in peccatis vſq; in finẽ vitę, nul
lam de ipſis pęnitentiã agentes in quo tamen fine
(diuina cooperãte gratia) dolent de peccatis, ma
ximaq; cõtritiõe ea cõfitẽtur ſacerdoti, ⁊ illico mo
riuntur. Liquet.n. q̃ illi nõ dãnantur cũ habeant
fidem ⁊ cõtritionẽ, ergo ſaluãtur, Et cum nullum
detur purgatoriũ ĩ quo patitur pęna pro peccatis,
ſequit̃ deũ remittẽdo eis culpã de neceſſitate etiã
remittere pęnã, ⁊ ſic de alijs, ideo ⁊c. At falſitas cõ
ſequentis oſtenditur de Dauid, qui poſt cõmiſſum
adulteriũ ⁊ homicidiũ, cũ rep̃henderet accerbiſſime
2. Reg. 12. eũ Nathã ꝓpheta dixit. Peccaui dño, dixitq; Na
tham ad Dauid, Dominus quoq; trãſtulit pecca
tum tuũ, nõ morieris. Uerũtamẽ filius qui natus
eſt tibi morte morietur. Et vt alibi ſcribit̃ dixit. Nõ
auferetur gladius de domo tua. Ecce deus remiſit
Dauid

Dauid culpam nõ autem pęnã. Nã pro huiuſmodi adulterio ⁊ homicidio multa paſſus eſt. De Paulo etiã ſcribitur quod poſtquã cõuerſus eſt, dixit dominus ad Ananiã. Ego.n.oſtendã illi quãta oporteat eum pro nomine meo pati. Ecce deus remiſit culpam Paulo pp eius cõuerſionẽ, nõ aũt pęnam. Actuũ.9.

¶ Item Adę fuit remiſſa culpa a deo nõ aũt pena igitur. Preterea xp̃s vere lãgores nr̃os ipſe tulit.ſ. animę, nõ aũt corporis, ipſe.n.vulneratus eſt propter iniqtates noſtras, attritus eſt pp ſcelera noſtra cuius liuore ſanati ſumus.ſ.a peccatis, ⁊ poſuit dominus in eo iniqtatẽ omniũ noſtrorũ ⁊c. Ideo xp̃s ſatiſfecit p peccatis noſtris quo ad culpã ⁊ damnationẽ eternã, non aũt quo ad pęnã, naʒ experimur nos quotidie pati pęnã, nullibiq̃ʒ in ſcripturis reperitur qꝺ xp̃s ſatiſfecerit pro pęnis tẽporalib: niſi in die iudicij, igitur nõ ſemper cũ remittitur culpa relaxatur pęna ⁊c. Eſaie.53.

¶ Tertio ad idem adhuc fortiori modo ſic mſlito 3. Ratio.
In literis nãq̃ʒ ſcribitur ſacris tres ſpecies hominũ ſtatim poſt mortẽ ad cęlos euolare, qui per tres homines illos quibus apertũ eſt cęlum ſignificãtur. Luc.3.
Primo.n.apertũ eſt xp̃o baptizato, per qꝺ ſignificatur qꝺ cęlũ aperiẽ baptizatis, quicũq̃ʒ etenim recte baptizati ſunt ſiue paruuli ſiue adulti ſi decederent ſtatim poſt baptiſmum ad cęlos recto tramite euolarent, baptiſmus nãq̃ʒ virtute paſſiõis xp̃i mũdat eos ab omni peccato taʒ originali quã actuali. Secũdo apertũ eſt cęlũ Stephano lapidato ⁊ martirizato ipſo atteſtante qui ait. Ecce video cęlos aptos, per quod ſignificaẽ cęlum aperiri omnib. martiribus, ita qꝺ ſtatim poſt morteʒ euolant ad cęlos, omniaq̃ʒ corꝝ peccata falce martirij reſecãtur. Ter- Actuũ.7.

Apoc.4. tio apertum eſt cęlũ Joãni Euangeliſtę viro perfec
tiſſimo, vt ille ingt, Uidi oſtium apertũ in cęlo per
qđ ſignificatur qđ viris perfectis q totaliter peni=
tentiã de paccatis cõpleuerũt vel nulla penitus pec
cata mortalia cõmiſerunt, ⁊ ſi qua venialia fecerũt
ex feruore charitatis protinus abſorta ſunt, cęlũ ip=
Apoc.14. ſum continuo aperitur ⁊ mox in illud perpetuo re
gnaturi ingrediuntur, vt Joãnes teſtatur Euange
liſta dicens, Beati mortui qui in domino moriun=
tur Amodo.n.iam dicit ſpiritus vt requieſcant a la
boribus ſuis.⁊c.

Matth.25. ¶Alij vero imnediate poſt mortẽ ruunt in infer=
nũ vbi perpetuo cruciantur vt infideles, ⁊ peccato=
res obſtinati, decedentes ſine vlla peccatorũ cõtri=
tione, quibus dicet xp̃s in iuditio, Jte maledicti in
ignẽ ęternũ, inter quos fuit ille epulo diues de quo
dñs, mortuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt in inferno.

Luc.16. ¶Pleriq3 autẽ in toto tempore vitę ſuę perſeue=
rant in peccatis, de quibus nunquã pęnitẽtiã agũt
Quinimmo nec aliquas vnquã paſſi ſunt aduerſi
tates viuentes in delitijs, Jn fine tamen vitę conuer
tuntur, dolẽt de malis cõmiſſis, moriunturq3 cũ ma
